

HOCESCI  
LIBRARY  
OF THE  
UNIVERSITY OF ILLINOIS

DE 2 - 74

iversitäts-Buchhandlung

von

Robert Natan in Utrecht  
Domkerkhof F. No. 298.

**DE VITA ET SCRIPTIS  
LYSIAE ORATORIS**

**COMMENTATUS EST**

**LUDOVICUS HOELSCHER**  
GUESTPHALUS

**PHIL. DR. AA. LL. MAG.**

---

**BÉROLINI,**  
**TYPIS ET IMPENSIS G. REIMERI.**  
**1837.**

Digitized by Google

Digitized by Google

VIRIS CELEBERRIMIS  
**CAROLO LACHMANN**  
**GUSTAVO DROYSEN**

PRAECEPTORIBUS CARISSIMIS

GRATO ANIMO

DEDICAVIT

A U C T O R.

THE STATE OF IOWA

THE STATE OF IOWA

THE STATE OF IOWA

## Prooemium.

Lysiae oratoris quem jam antiquissimis temporibus magna esset gloria, factum est, ut nonnulli scriptores existerent, qui de ejus vita ac dictione exponerent. Philiscum Milesium, auditorem Isocratis, praceptorum Timaei historicorum, vitam, ut Lycurgi consensu, Lysiae scripsisse dici ab Olympiodoro ap. Lambec. comm. bibl. Vindob. VII. p. 127. Goellerus<sup>1)</sup> affirmit; nescio ad hoo in comm. Olymp. ms. ad Plat. Gorg. legatur; librum ad quem Goellerus lectorem relegat, inspexi quidem, sed ex edit. altera Viennae 1781, qua t. VII. p. 273., ubi Philiscus commemoratur, idem vitam oratoris nostri conscripsisse non traditur. Sed certum est, illum epigramma in Lysiam composuisse, quod servavit Plotarchus<sup>2)</sup>. Taylorum hoc ad nostrum Lysiam spectare non debuisse negare ex iis quae infra dicam apparebit. Graecorum libertate deleta Alexandriae et Pergami de librorum auctoribus accurate quaesive-

<sup>1)</sup> de sit. et orig. Syrac. p. 115. De Philisco plura dederunt Reimar. ad Dion. Cass. 38, 18. p. 164. Ruhnken. hist. crit. gr. p. 83. Goeller. l. l.

<sup>2)</sup> vit. Lysiae p. 325. R. — Versus post multorum virorum doctorum curas optime restituit Jacobsius, ex cuius emendatione repetit Westermannus in ed. sua Plut. vit. or. cf. Sintenis. in Actt. Antiq. Darmstad. 1835. p. 44.

runt et sagaciter disquisitiones, num eorum opera essent quibus vulgo adscribabantur, instituerunt. Viri docti omnium scriptorum qui in Graecia per multa saecula floruerant nomina librosque collegerunt atque eorum tabulas consecerunt. Primus Callimachus condidit πίνακας τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων καὶ ὡν συνέγραψαν ἐν βιβλίοις κ' καὶ ρ'. Aristophanem et Aristarchum poetarum quidem eorum dijunctio certum est; pedestrium vero scriptorum canonem ab iisdem institutum esse Rqbukensis quidem (hist. crit. p. 94. sqq.) contendit, nuperrime vero C. F. Rankius (cf. de Aristoph. vit. p. 107.) argumentis certe gravissimis negavit atque unde decem oratorum ordo et numerus natus sit, quorum in praestantia et dignitate dijudicanda Dionysius Halicarnassensis nunquam Aristarchum et Aristophaneum tanquam oratorum judices noncupavit, inde explicandum putat, quod numerus ille inter ipsos Athenienses ex more decem oratorum a Solone<sup>1)</sup> institutorum ortus esse videatur. Ut cunque haec res se habet, Callimachum in libro laudato, in quem discipuli commentarios scripsere, suam sententiam de oratoribus quoque exposuisse, certissime inde colligimus, quod ejus πίνακες τῶν ὄγητόρων a veteribus saepius citantur. Sed eodem studio viri docti Alexandrini quo scriptorum artem illustraverunt, de illorum vitis non videntur quaesivisse. Itaque Dionysius Halicarnassensis in libello qui τῶν ἀρχαίων κρίσις inscribitur antiquiores quidem fontes est secutus, sed dolendum quod de Lysiae vita per pauca tantum disseruit, quamvis omnino ejus negligētia quaedam in fontibus adhibendis agnoscat<sup>2)</sup>. Ejus aequalis Caecilius rhetor Calactinus, quamquam praecipue de oratorum veterum arte librorumque gennitate disquisitiones instituit sa-

<sup>1)</sup> cf. Schoem. de com. p. 210. Meier. de bon. damn. p. 111. sq.

<sup>2)</sup> cf. Westermann. de oratt. Olynth. Dem. ordin. p. 73. sqq.

gacissimas, tamen Jonsius<sup>1)</sup> eum etiam *vitas oratorum compo-*  
*suisse* mihi merito videtur conjectisse. Tot libri temporum in-  
*vitia* quum nobis erexit sicut, Plutarchom in *vitis X oratorum*  
*nuberiorum de Lysia* disputasse gaudemus; quem librum Taylo-  
*rurus et Rubrukenius* quom Plutarcho esse abjudicandum censue-  
*rint, nuperrime A. G. Beckerus* eomque qui supplevit Wester-  
*mancus<sup>2)</sup>* a Plutarcho esse institutum claris, ut mibi videntur,  
*argumentis demonstraverunt; et quamvis in oratorum quorundam*  
*vitis nonnulla esse confusa concedam, tamen in Lysiae vita*  
*omnia bene collegit Plutarchus et quam desint meliora nobis*  
*acceptos est.* Inter rhetores posteriores Heronem Cotyis f.  
*Atheniensem libellum περὶ τῶν ἀρχαίων ὁγηόων καὶ τῶν*  
*λόγων οἷς ἐνικησαν πρὸς ἄλληλος ἀγωνιζόμενοι* scri-  
*psisse ex Suida comperimus, cuius sane operis jacturam eo*  
*iniquiore ferendum animo, quo verisimilius est, in eodem de ora-*  
*torum vitis multa esse exposita. Photius (bibl. cod. 262.)*  
*exscripsit Plutarchum. Suidas et auctor lexici Villoisoniani,*  
*Eudociae vulgo adscripti<sup>3)</sup>,* qui per pauca tantum ex Suida ex-  
*cerpsit, in Lysiae vita indaganda parum nobis auxilii*  
*praebent.*

Multo majore diligentia quam in oratoris vitam, in ejus  
*dictiōnēm quaestiones instituerunt veteres. Ut taceant de Cal-*  
*limachi labore in antiquos oratores consumto, quem acumine*  
*critico fuisse destitutum Photius<sup>4)</sup> testatur, Dionysii Halic. li-*  
*bellum „τῶν ἀρχαίων κρίσιν” iōscriptum hac in re potissi-*  
*mum quaereuda versari omnibus notum est. Praeter hanc*  
*quae superest de Lysia κρίσιν commentarium de dignoscendis*

<sup>1)</sup> scr. hist. phil. III, 1, 4.

<sup>2)</sup> B. in vers. germ. or. Andoc. p. 111 — 132; VV. in ed. sua  
Plut. l. l.

<sup>3)</sup> cf. Saupp. ad Lycurg. p. 161.

<sup>4)</sup> cod. 265. cf. Dion, de Dinarch. V. p. 630. 631.

geniois et spuriis ejusdem orationibus scripsit, cuius rei ipse<sup>1)</sup> atque posteriores qui de hac re scripsere testes sunt. Cum Dionysius de oratoribus ipse plurima indagasset, in his dijudicandis snum ipsius sensum duntaxat audivit. Liber ejus superstes prae omnibus veterum de hac re libris nobis acceptas est. Dionysius artem criticam primus e Graecia Romam felici successa tulisse videtur. Multum sane valebat apud posteros auctoritas Dionysii, enijs de oratoribus judicandis sententia vera esse credebatur<sup>2)</sup>, quare nos quoque nisi gravissimis caussis moti ab illo ne recedamus. Aetate et studiis acmulum habuit Caecilius Calactioun qui Romae sub Caesare Augusto eloquentiam docuit<sup>3)</sup> et praeter alia de charactere X. oratorum scripsit atque de iis quae ab oratoribus vel secundum vel praeter historiae veritatem dicta sunt. Cujus omnes libri temporum invidia nobis perierunt, quod eo magis doleamus, quo saepius a Plutarcho et Photio laudantur. Eius autem περὶ Λυσίου σύγχρονα a Longino (de subl. 32, 8.) reprehenditur, quod Lysiam multum Platoni anteposuerit. Haec res quamquam non est quod in dubium vocetur, tamen ne Caecilius judicium in universum acimum destitutum credamus, Longinom meminerimus suos libros Caecilio opposuisse ideoque esse factum, ut acerrimus Calactini aestimator redderetur<sup>4)</sup>. Πρὸς Καικιλίου περὶ τῶν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς ἐγράψων scripsisse Lysimachides dicitur ab Ammonio v. Θεωρός, qui liber Vossio commentarius fuisse ad Caecilium atque non absimilis videbatur libello Plutarchi de vitis X. orat., fortasse duntaxat operi-

<sup>1)</sup> de Lys. §. 12. p. 481. R. δηλωθῆσται ἐπέρωθε sc. de Lys. oratt. αὐθεντικ cf. ibid. p. 485, 10. (§. 14.)

<sup>2)</sup> cf. Dion. de comp. ed. Schaefer. p. XXX.

<sup>3)</sup> cf. Suid., Voss. de hist. Gr. II, 4., de art. gramm. I, 5., Jons. III, 1, 4., Toup. ad Longin. I, 1. p. 219. ed. VVeisk., Boisson. ad Tiber. Rhet. p. 44, 84. Krueger. ad Dion. historogr. p. VIII., de vit. Thuc. p. 34.

<sup>4)</sup> cf. Osann. Beitr. z. gr. u. roem. Lit. Gesch. I p. 295.

bus Dionysianis, eandemque sere sententiam amplexus est Jonsius, sed optime Valckenaerius Toupio frustra obniente statuit pro ἀητόρων legendum esse ἔορτῶν<sup>1)</sup>. Hermogenes (c. 160. p. Chr.) praceptor eloquentiae celeberrimus judicium de dictione rhetorica elegantissimum in operibus suis servavit, ita ut inter veteres permulti eorum commentatores existerent et nos non possimus, quin sagacitatem et subtilitatem admireremur. In peculiari libro de Lysia sententiam suam exponere in animo habuit, ut ipse fatetur (, 107. Ald.), sed non fecit<sup>2)</sup>. Eodem tempore vixit Aelius Aristides, cuius de dictione rhetorica duo scripta supersunt; eorum vero vilissima est scriptio. Nonnulla de Lysiae elocutione conscripsere Demetrius quidam in libro περὶ ἐρμηνείας et Longinus (213 — 273.) in opere περὶ ὕψους, quo quidem amorem sublimis dicendi generis declarat, sed Lysiae quoque magas esse virtutes oratorias concedit. Photii de Lysia judicium acumine et perspicuitate splendet. Sed bisce viris sane excellentibus exceptis rhetorum illorum temporum neminem qui suam judicium sit secutus reperimus. Quare ut taceam de istorum operibus quae de arte rhetorica supersunt, ut Alexandri Nomenii f., Apsialis (c. 230), Minuciani (c. 260), aliorum, jam illi potissimum mihi enumerandi sunt, quos singularia de Lysia opera scripsisse traditum est. Gaius Harpocratio dictus σοφιστῆς testibus Suida et Eudocia scripsit de Lysiae et Hyperidis orationibus. Zosimus Gazaeus vel Ascalonites, qui sub Anastasio vixit, composuit in Demosthenem et Lysiam commentarios (ὑπομνήματα), quos ὑλην s. historiae materiam noncupavit<sup>3)</sup>, quia stilus commentariis non historiae conveniebat. Zenonis Citiensis

<sup>1)</sup> Voss. de hist. Gr. IV, 16. p. 178.: Jons. III, 1, 5; Valcken. ad Ammon. l. l.; Toup. ad Long. l. l. cf. Boeckb. Oec. civ. I. 238.

<sup>2)</sup> cf. Spengel. συναγ. τιγν. p. 123. not. 60.

<sup>3)</sup> cf. Suid, s. v. Eudoc. p. 203. Voss. de hist. Gr. II, 20. p. 261.

**τοῦ πολυθρυλλήτου** (sic ab Ulpiano appellatur), qui sub Juliano vixit, **ὑπόμνημα εἰς Λυσίαν** commemoratur<sup>1)</sup>, quod si superesset multum genuitatem orationum quae sub Lysiae nomine divulgatae sunt illustrasse ex Zenonis acumine, quo orationis Demosthenicae fidem Philippicae IV. impugnarat, conjici licet. Praeter illos Paulus Germinus **ὑπομνήματα εἰς λόγους τοῦ Λυσίου** scripsérat<sup>2)</sup> idemque a Photio **Παῦλος ὁ ἐκ Μυσίας** dicitur et arguitur quod plures Lysiae orationes genuas pro suppositiis deraverit insitia elocutionis perductus eoque effecerit, ut interierint. Praeter commentatores Lysiae laudatos habemus alios memoratos, qui de omnibus oratoribus Atticis opera composuerunt. Hisce annumeranda sunt Timaei Tauromenitae argumenta rhetorica 68. libris enarrata (cf. Suid.) et Heronis Atheniensis libellus supra latus, Posidonii Olbiopolitae incertae aetatis<sup>3)</sup>, Menandri, Tiberii Sophistae (c. 400. p. Ch.), Aelii Theonis Alexandrini (c. 300. p. Ch.), aliorum varia. Quae vero omnia temporum invidia nobis sunt erpta; per paucae supersunt veterum reliquiae, quae accuratiorem notitiam oratorum antiquorum, imprimis Lysiae nostri, indagandam adjuvent. Earnm pleraque in artem oratoris rhetoricam inquirunt; aliam viam iniernnt auctores lexicorum rhetoriconum. Ejusmodi citantur **λέξεις ὅη-**

<sup>1)</sup> cf. Suid. s. v. Eudoc. p. 205. Chapmann. diss. de Ulpian. §. 4.

<sup>2)</sup> cf. Suid. s. v. Eudoc. p. 353. Phot. cod. 262. p. 489. A. Est incertae aetatis; tamen eum post Dionysium Hal. vixisse cum Ruhnkenio (hist. crit. p. 49.) credas; nullo alio loco memoratum invenimus, nisi sententiam Wyttchenbachii amplectimur, quam protulit ad Eunap. t. II. p. 45. ed. Boiss., nostrum Paulum laudari in hisce Eunapii verbis p. 11.: **καὶ τούτους τὸν χρόνον** (i. e. post Porphyrij) **ἡσαν καὶ τῶν ὄητορικῶν** οἱ ἐν Αθῆναι προεστῶτες **Παῦλος τε καὶ Ἀνδρόμαχος ἐκ Συρίας**; ibi vero Boissonadius t. I. p. 172. Paulum **Ἀργυπτίου** qui Suida teste sub Constantino vixit commemorari potat.

<sup>3)</sup> cf. Suid., Voss. de hist. Gr. I, 24. p. 156.

τορικαὶ Philonis Byblii<sup>1</sup>), Pausaniae<sup>2</sup>), Diodori Valerii f. Polionis Alexandrini enarratio locorum difficultum, qui apud X oratores reperiuntur<sup>3</sup>), Philostrati λεξικὸν τῶν παρὰ τοῖς δέκα ὁγήτορσι λέξεων (Phot. cod. 150.), Endemi libellus κατὰ στοιχεῖον conscriptus περὶ λέξεων αἵς πέχονται ὁγήτορές τε καὶ τῶν συγγραφέων οἱ λογιώτατοι (Suid. s. v. Eud. p. 165.), Juliani λεξικὸν τῶν παρὰ τοῖς δέκα ὁγήτορσι λέξεων κατὰ στοιχεῖον (Phot. cod. 150.), Julii Vestini ἐκλογὴ ὀνομάτων ἐκ τῶν ὁγητόρων<sup>4</sup>), Aelii Harpocrationis liber de illis quae oratores ignorasse videntur, Zosimi supra landati λέξις ὁγητορικὴ κατὰ στοιχεῖον. Sed omnium lexicorum unum superest Valerii Harpocrationis (c. 350.) λεξικὸν τῶν δέκα ὁγητόρων, quod et forensia verba et orationum genuitatem optime illustrat.

Inter recentiores, ut taceam de Aldo, Stephano, qui textum solum Lysiae edidernit, Jodocus van der Heidius Lysiae or. cum notis politicis edidit a. 1615. Sed has aliasque editiones longe superavit Taylori a. 1739., qui textum correxit, interpretationem addidit, vitam Lysiae delineavit, testimonia veterum de oratore ejusque fragmenta collegit. Hanc editionem repetiuit Reiskius; notas quidem plures addidit, fragmenta vero et vitam Lysiae nihil auxit. Rhokenius in hist. crit. p. 60. de Lysia nihil dixit, nisi quod errorem Taylori unum ex Cie. Brut. 9. deductum correxit; tum addit: „Ejus antem historiam Taylорus et ipsius et aliorum oratorum sospitator ita illustravit, nihil ut supra addi posse videatur.” His Viri Summi verbis spretis mihi quidem iterum Lysiam tractanti lectorum venia petenda est. Sed temporibus recentissimis Clinto eumque qui

<sup>1</sup>) cf. Etym. M. v. δέμα, Voss. h. Gr. II, 10.

<sup>2</sup>) cf. Phot. cod. 153. Intpp. ad Suid. h. v.

<sup>3</sup>) cf. Suid. v. Πωλίων, Jons. III, 7.

<sup>4</sup>) cf. Suid. s. v., Valcken, Theocr. p. 294.

multis locis correxit et auxit Kruegerus V. Cl. et Jo. Fräzius de temporibus, quibus orationes habitae sint, Summi autem Viri Boeckhius, Schoemannus, Meierus, alii de argumentis orationum tam praeclarare disseruerunt, ut equidem recentes in Lysiam quaestiones instituere non abs re esse putaverim. De vita Lysiae etiam plura, quae Taylorus neglexit, Spengelius et Clinto suppeditarunt; multa vero quae Taylorus tractavit omisi; nihil enim ad Lysiam spectant. Vita quam Bremius suae editioni praemisit, nihil novi praebet, quin etiam illum Taylori errorem a Robukenio castigatum servat. De fragmentis a Taylоро collectis non solum quaestiones historicas iustitui, sed illis etiam nouylla praesertim ex Bekkeri Summi Viri Anecdatis exprompta addidi. Denique id quod Taylorus omnino fere neglexit, testimonia veterum de Lysiae arte oratoria a Dionysii Hal. dissertatione profectus collegi, quo iu' labore Walzii in rhetoribus Graecis colligendis diligentia summopere me adjuvit. In omnibus quae de Lysia disputavi Westermannii V. D. libro egregio de hist. eloq. Gr. magnam opem mihi esse allatam lubeuter confiteor. Priorum vero opera de orat. Gr., Cresolii, Vossii, Freytagii, Hardionis paullulum quod in usum convertere possis praebent. Franco - Gallerum Belini de Ballu et Brequigui libros inspicere mihi non obtigit.

---

# P a r s I.

## V i t a L y s i a e.

### §. 1.

Cephalus Syracusanus, filius Lysaniae, nepos Cephalii, quem filio ac nepote ditiorem finisse ex Plat. reip. p. 330. b. apparet, Athenas Periclis cuius familiaritate utebatur suam (cf. Lys. adv. Erat. §. 4, Plut. vit. Lys., Phot. cod. 262. p. 489.) commigravit fere Ol. 76. (475.). Plutarchus addit, secundum ouuullos eum illo tempore quo Gelo imperium cappperet fugisse Athenas; quod falsum esse infra probabitur. Fortasse autem hac narratione utaris ad Schleiermacheri conjecturam confirmandam<sup>1)</sup>, Cephalum illum quem in Platonis Parmenide colloquente reperimus esse Lysiae patrem enodemque priusquam Athenas pervenisset aliquamdiu Clazomenis habitasse. Evidem hanc sententiam nec refutare nec defendere audeo; tantopere enim et de cbronologia et de personis quae in Parmenide extant incertus sum. Certe ab Ol. 76. usqne ad suam mortem c. Ol. 83. Athenis morabatur Cephalus. In Piraeo habitabat (Plat. l. l. p. 328.), divitiis pollebat (Plat. l. l. p. 329. e. Cic. ep. ad Att. IV, 16.) atque familiaritate Atheniensium nobilium utebatur. Errant Scholiastes Aeschiinis in Ctes. §. 194, praecipue autem Tzetzes (Chiliad. V. 983.) eum cum oratore Athenieusi Cephalo Collyensi confundentes, constat enim Cephalum Syracusanum in numerum civium receptum non esse; utrumque vero *μέτοικος*

<sup>1)</sup> Plato P. I. V. II. p. 102.

uerit ad *ισοτελής*, incertum est; nam ex Platone non elucet, num aedes quas habitabat fuerint Cephalii<sup>1)</sup>. Prioribus temporibus Socratem saepius adiisse dicitur a Platone; tam vero annis iam proiectus suas aedes non relinquebat. Itaque amicum longiore ex quo eum viderat tempore praeterlapso Socrates adiit, sacrificantem iovenit, cum eo de senectute colloqui coepit, quumque Cephalus dixisset, qui juste vitam transegisset, ei tranquillam ac laetam contingere senectutem, incidentur in quaestionem de eo quod justum appellaretur, atque a Socrate illi de republica sermones habiti sunt quos Plato literis mandavit; eos neque Ol. 92. neque Ol. 85., ut Stallbannius conjectit, sed c. Ol. 83. habitos esse infra probare studebo.

Cephalus habuit quattuor filios, Polemarchum, Lysiam, Eutbydemum, Brachyllum, ex quibus tres priores Plato commemorat, Brachylli Plutarchus mentionem facit. Taylorus quidem, cuius sententiam amplexus est Franzius, contendit Lysiam Brachyllum fratrem non habuisse, quod Dionysius refert, *Λύσιας ὠχετο σὺν ἀδελφοῖς δυσί;* sed locus nil probat. Si duos tantum fratres Lysias habuisset, Dionysius non, ut Taylorus vult, *σὺν ἀδελφῶν δυσί,* sed *σὺν τοῖς δυσὶν ἀδελφοῖς* debebat scribere<sup>2)</sup>. Polemarchus philosophus, quem Plato etiam in Phaedro p. 257. b., Suidas, Harpocratio, Photius<sup>3)</sup> fratrem Lysiae vocant, cum Lysia Thurios commigravit atque inde postea uti Lysias Athenas rediit. Num hic sit Polemarchus ille cuius servus Andromachus in actione de Hermis mutilatis iocistuta gravem personam sustiunit, (cf. Droysen. de Arist. Av. et Herin. p. 32.) non appareat, quia Polemarchum cum Lysia demum revertisse nobis non traditum est. Etiam si vero constaret, quales in rempublicam praebuissent mores fratres inde ne colligeres, neque enim aliud est nisi servus cuius causa Polemarchus ab Andocide commemoratur. De ceteris Lysiae fratribus nihil notum est, nisi alterum quoque Thurios esse profectum; sed ne uter quidem scimus.

## §. 2.

Lysias natus est Athenis<sup>4)</sup> et Atheniensis vocari summo

<sup>1)</sup> cf. Boeckh. Oec. civ. I, 155.

<sup>2)</sup> cf. Spengel. συναγ. τεχν. p. 133.

<sup>3)</sup> Suid. Harp. Phot. lex. v. Πολέμαρχος.

<sup>4)</sup> Plut. vit. Lys.: γενόμενος Ἀθηναῖς; Suid. v. Λύσιας ἐτέχθη δ' αὐτὸν Αθηναῖς

jure meretur. Sed Syracusanus nominatur a Timaeo Tauromenita, Justino, Orosio, Photio, Suida<sup>1)</sup>. Lysiae patria igitur cum jam incerta esse videretur, scriptores historiae Siciliae Italiaeque oratorem suae patriae vindicare studierunt. Mongitor<sup>2)</sup> (putat Plutarchon et Photinm Atheniensibus Lysiam tradidisse, ex eo ductos. quod in civium Atheniensium numerum ex privilegio adscriptus sit, sin vero civitatis jure donatus sit, eum alibi natum clarissime patere. Hanc sententiam ex inscitia instiutorum reipublicae Atheniensis exortam relinquentes argumentationem J. Bonanni<sup>3)</sup> amplectamur, qui Lysiam natum Athenis habet, Syracusanum autem nominatum propter paternam originem, quae illi Syracusana est, patre enim Syracusano Cephalo est natus. Haud secus judicasse Justinum, Orosium, ceteros, quis non ausit affirmare? eoque minus civitate Syracusana Lysias est excludendus, quod in Atheniensium civium numerum nunquam est receptus. Itaque ut exemplo a Bonanno allato utar, si vel a materno genere qui somniorum interpretationes scripsit Artemidorus dici meruit Daldianus ipse tamen Ephesi natus, tanto majori jure a paterno genere Syracusanus dici meretur Lysias<sup>4)</sup>. Putemus ergo Timaeum neque de Lysiae patria falsam opinionem habuisse neque quod Lysiam appellaverit Syracusanum mereri Ciceronis notam; quod historicus ille hoc consilio, ut in snae civitatis jus redigeret oratorem (hoc enim praecipit lex Licinia Mucia), dixerit, illius fide ac veritate indignum esse videtur.

Mirus locens extat ap. Tzetz. Chil. V. 983.

*'Ο δῆτωρ Κέφαλος πατὴρ ἦν ὁ ἡτορος Λυσίου*

*'Απὸ Θουρίου πόλεως μιᾶς τῶν Ἰταλίδων*

*Πλούτῳ κομῶν καὶ εὐγενῆς, σωτὴρ τῶν Ἀθηναίων.*

Omnia, eo confundi infra illustrabitur; nunc vero quid significetur verbis ἀπὸ Θουρίου quaeramus. Multum est quod Lysiam ipsum iisdem nominari Thorium credamus; sed in verss.

<sup>1)</sup> Tim. ap. Cic. Brut. 16. frg. 67. p. 266. ed. Goeller.; Justin. V. 9.: Lysias Syracusanus orator exsul tum; Oros. II, 27: quibus (sc. exsilibus) Lysias quoque Syracusanus orator quasi in auxilium urbis quae esset patria communis eloquentiae, quingentos milites cum stipendiis suis misit; Phot. cod. 262. p. 489. B.: Παῖς δὲ γέγονεν ὁ Λυσίας . . . γέρας μὲν Συρακουσίος, μετανάστης δὲ γεγονὼς εἰς Ἀθήνας; Suid. v. Λυσίας.

<sup>2)</sup> biblioth. Sical. II. p. 85.

<sup>3)</sup> Syracus. antiq. illustr. p. 310. C. sqq:

<sup>4)</sup> cf. etiam Jonsius II, 1, 2.

aeqq. (cf. 991.) omnia quae de Lysia vulgo narrantur ejus patri Tzetzes attribuit, ita ut hoc quoque loco Cephalum significari verisimilius sit. Tali fatili argumento confisi scriptores historiac Calabriae ad gloriam patriae conciliandam, sicuti jam inter veteres erant qui Herodotum Thuriis oriundum<sup>1)</sup> opinarentur, Lysiam Thurium fuisse studuerunt explicare, inter quos Gabrielis Barrii descriptio Calabriae<sup>2)</sup> floret. Bouannus igitur exprobat Barrii arrogantiam, in cuius defensionem insurgit Joannes de Flores<sup>3)</sup>. Thurium ait Lysiam nominari a Barrio non ex ipsius ortu, sed ob patris originem vel alia ratione neque Syracusanum esse vocandum, veram enim patriam solum censeri, ubi primam accipiamus lucem. Qua vero ratione Barrium ipsum, qui Lysiam ex sola patris origine inter Thurios recenset, male egisse J. de Flores demonstravit. At videamus, utrum Cephalus fuerit Syracusanus an Thurius. Plutarchus, Photios, Suidas Cephalo Syracusano Lysiam natum apertissime tradunt. Tzetzae verba ita sunt consusa, ut ne mihi quidem auctoritate sint digna. Syracosae solae atque Athenae oratore celebri gloriari possunt, hae natalibus, ortu illae. — Erant etiam qui Cephaloeditanum esse Lysiam vellent Pirrho teste<sup>4)</sup>. Cephaloedium s. Cephaloedis exigna erat urbs Siciliae, quae nomen ex piscium cephalorum s. tunnorum piscatu traxerat<sup>5)</sup>, qua ex causa coinfusionem nominis patris Lysiae et originis urbis exortam esse apparet. Haec quidem sententia, quam testimoniis veterum adjutam non inveni, plane rejicienda est. Hoc teneamus, Lysiam Athenis natum esse, Syracusanum vero ex paterni generis ortu posse vocari.

### §. 3.

Lysias natus est Ol. 80, 2. Philocle archonte. In Plutarchi quidem codicibus legitur: ἐπὶ Φιλοκλέους ἀρχοντος κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ὁγδοηκοστῆς καὶ δευτέρας. Hoc vero esse mendum dudum viri docti iudicaverunt; neque enim conuenit cum iis quae deiude ap. Plut. vit. Lys. sequuntur, neque cum iis quae in aliorum oratorum vitis Plutarchia-

<sup>1)</sup> cf. Heys. de Herod. p. 71.

<sup>2)</sup> Romae 1737. cf. p. 398.

<sup>3)</sup> Calabr. illustr. IV, 5, 5. p. 393.

<sup>4)</sup> notit. eccl. Cephaloed. p. 476. citat. a Mongitore I. l.

<sup>5)</sup> Sil. Ital. XIV. 252, cf. Cluver. Sicil. ant. II, 4. Dorvill. Sicul. cap. 3. fin. p. 24. Pirrb. Ital. sacre Panormi 1733. T. II, 798.

vis leguator. Natus enim est Andocides archonte Theagenide Ol. 78, 1. atque vocatur *Αυσίον πρεσβύτερος ἔτεοι που δέκα* (ex corr. Meursii lectt. Att. IV, 14. pro vulg. έκατόν; sed numeri quin a scribis verbo sequente τούτον in errorem ductis sint confusi vix cuiquam potest esse dubium). [Quam baec conscripsissetem legi Meieri comm. III. de Andocides quae vulgo fertur or. c. Alcib. in ind. schol. vo. Hal. 1837. qua Vir sagacissimus locum Plutarchicum commotat in hunc modum ut Andocide Lysias dicatur sedecim annos major, sed nondum ita esse corrigendum persuadere mihi potui.] Illud igitur optime cum Lysiae anno natali Ol. 80, 2. congruit. Sed nihil est quod nberins de hac re disputemus; Philoclem enim archontem suisse Ol. 80, 2. ex argumento Agamemnonis fabulae Aeschyleae quae illo imperante docta est, clarissime apparet. Ut vero accuratius anni Lysiae natalis tempus definiamus, longius progrediamur. Isocrates testibus Dionysio, Plutarcho, Photio, natus est Ol. 86, 1. archonte Lysimacho atque quidem<sup>1)</sup> mense Hecatombaenone vel certe Metageitnione atque vocatur *νεώτερος μὲν Αυσίον δυσὶν ἔτεοιν καὶ χ', πρεσβύτερος δὲ Πλάτωνος ἔπειτα;* Plato<sup>2)</sup> cum Ol. 87, 3. VII. Thargel. die (429 $\frac{1}{2}$ . Mai) natus sit, hoc recte se habet atque Isocratem initio Ol. 86, 1. in lucem susceptum inde ducimus. Quod si ratum existimamus, Lysias qui XXII. annis maior Isocrate dicitur, natus est circa finem anni Philoclis paullo ante medium aestatem a. 458. Chronologi priores multis difficultatibus implicabantur; putabant enim<sup>3)</sup>, archontes ante Ol. 87, 1. suscepisse muuus mense Gamelione, Pythodorum vero Ol. 87, 1. mens. Hecatomb. die I. i. e. 16. Juli. 432; Apsendes ejus antecessor ex Dodwelli (de cyclis I, 4.) sententia Ol. 86, 4. archon erat a mense Gamel. usque ad Hecat. (432, Janr. — Junii.), ex Corsini vero Ol. 86 $\frac{1}{2}$  (Janr. 433 — Jnni 432). Dodwellus (Ann. Thuc. p. 111.) porro statuit, Lysimachum suisse archontem Ol. 86, 2 (Janr. 434 — Decbr. 434.), Philoclem 80, 2 (Janr. 458 — Decbr. 458.), qua computatione in errorem ductus fatetur difficultissimum esse rationem reddere, quomodo Isocrates junior sit 22 annis Lysia, intervallum 22 annorum non aliter esse nisi rejectis ambobus extremis. Corsinus recte quidem contendit, Lysimachum suisse archontem Ol. 86, 1., sed errat dicens Ol. 85,4/86,1.

<sup>1)</sup> ex computatione Corsini f. A. I. 9, 38.

<sup>2)</sup> cf. Corsin. f. A. III. p. 237. Ideler. chron. I. p. 337.

<sup>3)</sup> cf. Corsin. f. A. I. 9, 40. 14, 6. II. p. XXIV sqq. XXXVIII.

i. e. Janr. — Decbr. 436. atque Philoclem mense Poseideone Ol. 80, 2. manus deposuisse; nam ex hac opinione cum Lysiae ortus a Philoclis archontis anno dimoveri non possit (cf. Corsin. f. A. II. p. 69. III. p. 199.), natalis igitur Lysiae dies ante Poseideonis exitum inciderit, haec res neque cum Isocratis tempore natali convenit, qui 22 annis natu minor Lysia, tamen vero Hecatombaeone vel Metageitnione Ol. 86, 1. natus esse a Corsino dicitur, neque cum Andocide, qui Ol. 78, 1. natus X annis major Lysia vocatur. Illam difficultatem graviorem Corsinos non expedit, hanc vero, quam ex ejus sententia ipsius leviorum crediderim, quia Plutarchus asserit ἐτεσὶ πον δέκα, ut explicit, statuit nec aliter summam constare posse, nisi in numero alteruter ex archontibus illis intercludatur. Has autem diversas sententias Boeckius V. Cl. refutavit; ostendit enim<sup>1)</sup>, jam Ol. 72, 3. archontes mense Hecatombaeone magistratum suscepisse. Quae res cum negari nequeat, omnia secum optime constant. Plato natus est Ol. 87, 3. mense Thargelione (Mai 429.) atque VII annis minor Isocrate, qui in lucem susceptus est Ol. 86, 1. initio (aestate a. 436.); eo annis XXII major est Lysias natus Ol. 80, 2. (vere 458.), atque X annis minor Andocide, qui Ol. 86, 1. (fortasse aestate 468.) prognatus est. In Plut. vit. Lys. l. l. καὶ δευτέρας quin delendum sit nemo dubitat; Stallbaum<sup>2)</sup> reservasse Wytenbachii editionem certe secutum, sicuti Jac. Bonannum et Mongitorem, valde miror. Jamdudum illud meum correxerunt Meursius, Palmerius, alii<sup>3)</sup>.

#### §. 4.

De Lysia puero nihil sere traditum est. Cum clarissimis adolescentibus eruditiebatur (*συνεπαιδεύθη τοῖς ἐπιφανεστάτοις Αθηναίων*, Dion., Plut., Phot.) quod in eam tantum partem accipendum esse videtur, ut institutiones elementares significantur. Carolus quidem Schoenborpius<sup>4)</sup> putat, Lysiam

<sup>1)</sup> ind. lectt. univ. Berol. 1816. de Antigone p. 48. cf. Ideler. chron. I, p. 288. 291. 323. 381.

<sup>2)</sup> ad Plat. reipubl. p. 328. B. Quare jam cadit ejus opinio, sermones de republica habitas esse Ol. 85.

<sup>3)</sup> Meurs. lectt. Att. IV, 14. Palmer. exerc. p. 226. Jonsius III, 6, 4. Taylor. vit. Lys. p. 51. Sax. onomast. I. p. 52. cf. Clinton. f. H. p. XXI. 47. ed. Kr.

<sup>4)</sup> in prolus. schol. de Plat. Men. et Lys. epitaph. Gubiae 1830. p. 27.

ab Antiphonte edictum esse; quod si veram esset, Lysiae prinsquam commigraret Thurios contigisset necesse esset; rediit enim Athenas eo demum anno, quo Antiphon mortuus est. Sed ista sententia nihil verisimilitudinis prae se fert atque ex praejudicata de prooemio Menexeni Platonici opinione exerta est<sup>1)</sup>.

Socratis sermonibus de justo, quos Plato literis mandavit titulo *περὶ πολιτείας*, Lysias quidem aderat, sed in toto dialogo muta est persona. Cujus rei causam Groen. v. Priester<sup>2)</sup> in eo ponit, quod Plato eum judicaverit veros eloquentiae fontes non adiisse. Haec vero sententia quaestione in incerto relinquunt. A Platone enim juveue Phaedrum conscriptum esse inter omnes constat; in hoc vero dialogo sermonem qui Lysiae tribuitur Plato propter dictiōnēm aggreditur (ad quem locum respicit Diog. Laert. III. 25: ἀντειπε πρὸς τὸν λόγον ἐκθέμενος αὐτὸν κατὰ λέξιν) et omnem scholae Siculae eloquentiam reprehendit. Dictio autem Lysiacaē similissima erat Thrasymachi; non enim solum verbis solatis numerosos adjuvississe dicitur (Cic. Brut. 52.), sed etiam illam dictiōnēm quae arcta sententias contrahit et rotunda effert (ἡ συστρέφουσα τὰ διανοηματα καὶ στρογγύλως ἐκφέρουσα λέξις) utrum Thrasymachus an Lysias invenisset jam Dionysius Hal.<sup>3)</sup> dubitavit, ita ut strisque orationem hac quidem in re non potuisse distingui sequatur. Thrasymachus autem gravem sane personam agit in libro Platonico *περὶ πολιτείας* atque orationis suae genus quod modo significavi expromit. Quam ob rem nihil caussae ex qua Lysias nihil colloquatur in ejus dictione posuerim, sed cum Stallbaumio in juventute. Sed hac ipsa quaestione ad aliam adductus esse mibi videor, nempe ad eam, quo tempore Plato hos sermones habitos esse finixerit. Quae quidem jam saepius est tractata atque me omnibus quae ad illam pertinent diligenter comparatis hand secus judicare ac Corsiūm<sup>4)</sup> fateor, tamen quae illius sententiae opponuntur expendere juvat. Itaque hoc episodium, quod certe Lysiæ vitam attingit, superfluum videri nolim. Cephalus apud Platonem aetate jam proiectus esse; Lysias vero apud Plutarchum Ol. 84, 1. Thurios abiisse dicitor. Lysias sermonibus adest atque quia etiam Enthymemus frater minor natu, ut

<sup>1)</sup> cf. Krueger. de Thucyd. vit. p. 37.

<sup>2)</sup> prosop. Plat. p. 114.

<sup>3)</sup> de Lys. p. 464. cf. Spengel. συναγ. p. 94.

<sup>4)</sup> cf. A. I; 13, 24.

videtur, commemorator nihil disputans, puerilem aetatem agere videtur, Cephalus autem Ol. 84. jam mortuus erat, quod Plutarchus clarissime dicit; τοῦ πατρὸς ἡδη τετέλευτηχότος. Itaque Bendidia primo celebrata et sermones illi habitu esse videntur Ol. 82. vel 83. Sic omnia quae de Lysia enarrantur bene se habent. Attamen vero difficultas quaedam obstat, quae ex aliorum auditorum aetate exorta est. Glauco enim et Adimantus Aristonis filii, Platone fratre minores, sermonibus aderant; Plato vero Ol. 87, 3. demum natus est. In qua fratrum aetate alia sententia nititur, ex qua colloquium c. Ol. 92. habitum esse dicitur. Qui huic opinioni faveant, hoc fere modo argumentantur: Plutarchi verba Cephalum jam Ol. 84, 1. fuisse mortuum rejicienda esse; fortasse Cephalum cum filiis Thuriis esse profectum, tum vero a Pericle Athenas accessitum, scilicet Ol. 86, 4.; in Lysiae eorum oratione adv. Erat. §. 4. triginta annos aote Ol. 94, 1. urbem adiisse dici; quia vero Polemarchus et Lysias adsint, hi autem Ol. 92, 1. Athenas redierint, colloquium hoc fere tempore, quo fratres quoque Platonis juvenes adhuc fuerint, habitum esse videri. Sed hanc sententiam non possum quin rejiciam. Plutarchi eorum verba tam audacter despici licere mihi quidem non videatur. Cephalum Thuriis habitasse nemo refert, nisi Tzetzae verba prorsus turbata ad hanc sententiam explanes. Tam Ol. 86, 4. Cephalum Athenas venisse Lysias non contendit, sed tantummodo dicit, eum Periclem invitantem secundum ibi triginta annos habitasse; sequentia vero verba si respicias, ex Reiskii quidem translatione<sup>1)</sup> forsitan conjicias, hos triginta annos ab Ol. 94, 1. retro computandos esse; sed textus Gracius hanc rationem non probat; atque crediderim, Lysiam si Cephalus demum Ol. 94, 1. obiisset, hanc jaetoram qua familia esset affecta recentem in oratione sua ut judices moveret non praetermissee. Denique illo ratiocinandi modo non ii anni quos Cephalus ante iter Thurium Athenis peregerit, computantur, quos quindecim saltem fuisse ex Lysiae vita apparet. Quibus omtibus ex caussis atque quod Socrates ipse se juniores vocat (p. 328. e.) equidem persuasum mibi habeo, Corsini sententiam probandam esse, atque uti jam Schleiermacher ex Bendidiorum tempore institutorum dubium visum est, utrum Plato temporum hic rectius quam in aliis dialogis

<sup>1)</sup> „Triginta per annos, quot inquilinum hic egit, neque ipse neque nos etc. quemquam in jus vocavimus.”

rationem habuerit, an Cephalo, Lysia, Glaucone, Adimanto coniunctum inductis temporum rationem denuo neglexerit, ita equidem ex Cephalo vita sine dubio contenderim, Platonem in temporum descriptione miram in modum peccasse.

### §. 5.

Ol. 84, 1. archonte Praxitele duodecimo anno ante bellum Peloponnesiacum Lysias Thurius se contulit<sup>1)</sup>. Illo tempore quindecim annos natus dicitur a Dionysio et Suida; qua ex re vere a. 443. eum abiisse verisimile est. Photius quidem Lysiam ἔτος ἵξαιδέκατον egisse contendit, sed quia Praxitelis archontatus lundator, quin Dionysius et Suidas rectius referat non dubitandum est; neque sine jure Stephanus errorem Photii correxit. Si vero mea opinio stat, Lysiam a. 443. abiisse, non sūt quare Corsinus<sup>2)</sup> contenderet, non explicari posse, Lysiam archonte Philocle natum Praxitele archonte XV. auctum aetatis egisse, nisi alteruter archon sive terminus includeretur, cum inter archontes illos XIV. solum archontes alii intercessissent. Summo enim jure possumus statuere, Lysiam cum annum XV. aetatis ipsum absolvisset Thurius esse profectum; qua cum computatione Dionysii locus, si accurate scriptum putamus, optime congruit, quoiam bellum Peloponnesiacum Manychione Ol. 87, 2. (m. April. 431.) exarsit. De Thuriorum conditiorum tempore viri docti mirifice inter se dissentiunt<sup>3)</sup>, neque certi quidquam definiri posse videtur. Coloniam deductam esse Callimacho Athenis archonte Ol. 83, 3. ducibus Lampone et Xenocrito plerique Diodori verbis (XII. 10.) confisi contenderont, ut Scaliger, Ger. Vossius, Fabricius, Heynios; alii vero, ut Larcherus, Dahlmannus, Kruegerus<sup>4)</sup>, et recentiores fere omnes ex locis de Lysiae itinere allatis coloniam illam deductam esse Ol. 84, 1. collegunt. C. F. Hermanno<sup>5)</sup> teste singularis commentatio est Voemelii: „quo anno Thurius conditi sint?” Francof. 1833., qui, quod etiam Hermannus a. 444. Thurius esse conditos statuit, eandem sententiam videtur defendisse. Illud vero programma scholasticum legere mihi non contigit; quod si legisset, ego quoque fortasse opinionem vulgarem sequerer. Quare nunc meam sententiam explicare mihi licet.

<sup>1)</sup> cf. Dion. Hal., Plut., Phot. I. I.

<sup>2)</sup> f. A. I, 9, 38.

<sup>3)</sup> cf. Heyse de Herod. vit. p. 63. sqq.

<sup>4)</sup> vit. Thucyd. p. 50.

<sup>5)</sup> antt. Graec. p. 172. not. 22.

Callimacho archonte coloniam Sybarim deductam esse Diodorus narrat, sed ab hac illam cui Lampon et Xenocritus praefuerere diversam ipse asserit (*μετὰ βραχὺ μετασταθεῖσα εἰς ἔτερον τόπον προσηγορίας ἐτέρας ἐτυχε κτιστῶν γενομένων Λάμπωνος καὶ Ξενοχρίτου τοῦτον τὸν τρόπον*) atque Lysimachide archonte (445 — 444.) in illas regiones eam prosectam esse crediderim. Diodorus quidem (XII. 10. 11.) ubi de contentione inter veteres Sybaritos et novos accolas exorta loquitur *Θουριομάντεις* alteram factionem suis videtur significare; sed errorem facilissime ex Strabone (VI. p. 263.) ita corrigerem licet<sup>1)</sup>, ut illam suis colouiam Callimacho archonte advectam conjicias. Quom vero hoc bello Sybaritanis fere omnes occisi essent, victores e tota Graecia colouos acciverunt, qui docibus Lampone, Xenocrito, aliis, Thurios condiderunt archonte, ut videtur, Lysimachide. Ulterius tempus adventus proferre non licet; tunc enim Sybaritae, qui periculum rebellious fugerant, ad Traeutum flumen sedes collocasse (Diod. XII. 22.) atque Praxitele archonta jam Thuri contra Tarantino pugnasse dicuntur (Diod. XII. 23.). Diodori quamquam incuria in historiis scribeperdis nota est, tamen in iis quae ad chronologiam spectant accuratior est, ita ut eisdem hanc narrationem rejicere non ausim. Ex qua vero computatione sequi appareat, Lysiam nostram non illam coloniam, cui praefuit Lampon comitatum, sed postea demum Ol. 84, 1. prosectum esse. In pulcram enim illam regionem Graeci migrare non desierant<sup>2)</sup>; atque ut Herodotus<sup>3)</sup>, ita Lysias aliquot demum annis post novam coloniam couditam eo se recepisse videtur. Huic quidem sententiae Plutarchus obstat; dicit enim: *ἐπεὶ τὴν εἰς Σύβαριν ἀποικίαν τὴν ύστερον Θουρίους μετονομασθεῖσαν ἔστελλεν ἡ πόλις;* sed nisi Plutarchum hac in re errasse ponamus, hanc unam diffinitionem quomodo removam nescio; nunquam dico quia excepto Photio qui in his narrativalis omnibus Plutarchum sequitur ceteri vitae Lysiae scriptores non tam definiunt quam illi hanc rem affirmant; Dionysius enim Thurios esse prosectum Lysiam testatur et quavis adducaris ut ex verbis κοινωνῆσων τῆς ἀποικίας illam Lamponicam elicias, tamen quid vetat nos statuere post illam esse recentem deductam? Suidas etiam nullis verbis additis tradidit: *εἰς Θουρίους ὠχέτο.*

<sup>1)</sup> cf. Ullrich. diss. de Sybar. p. 56.

<sup>2)</sup> cf. Andoc. in Alcib. §. 12.

<sup>3)</sup> cf. Heyg. l. l. p. 68.

Lysiae comites fuerant aut fratres duo testibes Dionysio et Suida, aut Polemarchus solus secundum Plutarchum et Photium; utra narratio vera sit, incertum est. Causam qua Lysias ut Thurios proficeretur adductus sit, in eo ponas, quod ibi opes angeodi accolis spes erat, ut etiam scriptores affirmant. Photius quidem ait: ἐφ' ὧ τοῦ πατρῶν μετασχεῖν κλῆρον; huius vero auctoritati nihil obtemperandum est. Colonis enim priusquam Thurios advenieret agros esse assignatos e Diodoro (XII, 11.) minime colligas; Cephalum autem ante filios illuc emigrasse nusquam est narratum. Itaque in hac re iterum Photium vel verba Plutarchi imitatom esse appareat; Dionysius enim et Suidas cum de ἀποικίᾳ loquuntur, Plutarchus verbo κλῆρος utitur, quod quamvis vobis aliquid quam soritem significans Photius negligenter explicuit in notionem hereditatis atque hac opinione imbutus ut accuratius expliqueret ex suo iogenio addidit πατρῶν. Consentit Schilleri, de rebus Siculis, p. 32. ac aliis.

Urbe restaurata Thurios ad popularem statum rem publicam temperasse diserte traditum est a Diodoro (XII, 11.); Charondae legibus usi sunt, ad quas recipiendas, ut optime Heynus<sup>1)</sup> exposuit, invitare potuit partim vicinitas Rheginorum iisdem utezion, partim ultima stirpis cognatio: nam etsi ex omni Graecia confluxerat colonorum multitudo, Atheniensium tamen superabat numerus; erant autem hi Joniae originis, ad quam et Chalcidicae urbes referebantur. Inter Charondae leges praeципue illa insignis erat, in qua laudibus extollenda Diodorus verbis non pepercit, scilicet ut omnes ci-vium filii literis insituerent civitate praceptoribus stipendia solvente (Diod. XII, 12. 13.) qua lege Charondas τὰς ψυχὰς τὰς ὑπὸ ἀπαιδευσίας ἐνοχλουμένας ἐθεράπευσε. Thurii igitur quam literae colerentur, non solum pueros elementa omnis scientiae docturi illic se confulerunt, sed etiam ille qui inter Graecos oratores et sophistas doctrina excellentissimus<sup>2)</sup> floruit, Tisias, post item cum Corace praecitore peractam<sup>3)</sup>, isque Lysiam in arte erudiisse dicitur a Plutarcho, Photio, Suida, Endocia. Alius quoque rhetor, Nicias Syracusanus, praceptor Lysiae vocator ap. Plat., Phot., Suid., End.; hic vero quamquam apud nullum alium scriptorem accurrit, tamen recentiores. Siculi ex his locis solis de

<sup>1)</sup> opuscc. II. p. 160. sqq.

<sup>2)</sup> cf. Mongitor. bibl. Sic. II. p. 267.

<sup>3)</sup> cf. prolegg. Hermog. rhet. p. 6. Ald. p. 14. T. III. Walz. Spengel, σύν. p. 37.

ejus vita conjecerunt, ut Bopponns (l. l. II. p. 310.), atque etiam Mongitor (II. p. 85.) collegit, artis praecepta rhetoricae eum Syracusanos docuisse clarum Ol. 87. Sed jam Tayloro quis iste fuerit incertum esse visum est. Nosquam exceptis locis citatis memoratur, quod sane notata dignum est, quia saepissime primi eloquentiae magistri laudantur. Equidem Spengelio assentior contendenti (p. 38.) oratorem ejus nominis non extitisse. Quomodo nomen exortum sit, praecipue Spengelius explicuit, rarius nempe nomen Siculum *Tσιας* in Atticum magis triton Niciam transiisse, ut nihil sit nisi varia et negligenda lectio, alteri et verae opposita, qua exorta additum sit *χαι* et singularis *Συρακούσιος* in multitudinis nomen necessario correctus. Subiit de nominis origine me alia quoque opinio; veteres enim habebant *ἀπολογίαν* quam Lysias pro Nicia duco scripsisse et Nicias a Syracusanis captus habuisse dicebatur<sup>1)</sup>; hanc Theophrastus geninam, Dionysius subditam putavit; factum igitur esse potest, ut scriptor quidam futilis his sententiis turbatus ex Lysiae oratione a Nicia Syracusis habita praeceptorem quendam Lysiae Niciam Syracusanum fixerit. Ut cunque res se habet, ex uno eodemque fonte salis turbido illos autores supra laudatos hausisse credamus.

Per longum tempus Thuriis habitabat Lysias. Recuperata domo ac divitiis rempublicam administravit; quali autem magistratu<sup>2)</sup> functus sit incertum est. Sed haec quoque colonia iisdem quibus Graecia motibus agitari coepit est. Cives erant in X tribus descripti nominibus ab origine et patria impositis; ex tota enim Graecia coloni erant collecti; rempublicam vero ad popularem statum accommodaverant, id quod Diodorus testatur quodque etiam numero Atheniensium solemnis X inest. Pleisque coloni erant ex Attica oriundi, qui Thurius Atheniensium coloniam haberi volebant. De qua re quum diu actum esset tandem Apollinis ut vocaretur colonia decretum est Ol. 86, 3.<sup>3)</sup>. Ex his intelligimus non justam suisse inter colonos concordiam. Jam vero studium factionum potissimum angebatur lege Charondae, ex qua honestum habebatur eum indicare cuiusquis facinoribus conscius esset, ut res publica salva esset quasi multis habens bonas constitutionis custodes<sup>4)</sup>. Lex haec to-

<sup>1)</sup> vid. infra fragm. 104.

<sup>2)</sup> cf. Wachsmuth. ant. Gr. I, 2, 93.

<sup>3)</sup> cf. Diod. XII. 35. Heyn. opuscc. II. 141.

<sup>4)</sup> cf. Stob. serm. 42. Heyn. l. l. p. 86.

lerabilis esse potuit in ea civitate in qua disciplinae magna esset severitas, morum simplicitas et deorum reverentia et jurisjurandi religio valeret; sed periculosa quoque et lubrica, quia eycophantis omniq[ue] sceleri et flagitio aditus parabatur. Brevi tempore factiones diversae existere cooperunt, ex qua re cur Alcibiades Ol. 91, 2. Thurios aufugerit eluet. Atheniensibus vero in Sicilia victis Thuriorum animi in Lacedaemoniorum partem se converterunt et factioe altera quao ἀττικίζεται videbatur urbe expulsa constitutionem magis aristocraticam instituerunt teste Aristotele<sup>1)</sup>. Illo tumultu Lysias ejectus est eum trecentis aliis Atticis accusatis teste Dionysio Hal.<sup>2)</sup>. Usque ad Cleocritum arborem Ol. 91, 4. Lysias magistratum gesserat<sup>3)</sup>; tumultu exorto Callia archonte Ol. 92, 1. Thurii ejectus Atheras confugit. Pervenit eo tempore, quo quadringenti viri imperium jam obtinuerant, ut Plutarchus et Photius tradunt; qui postquam per quatuor meses rem publicam administraverunt, Theopompo archonte Ol. 92, 2. amotis sunt<sup>4)</sup>. Lysias ergo a. 411. vere revertit annum quadragesimum septimum agens, ut dicunt Dionysius et Suidas. Thuriis igitur habitaverat annos XXXII<sup>5)</sup>.

### §. 6.

Quadrinquenti viri caedibus quibus adversarios suos persecuti sunt et populi odium excitaverunt; et mox inter ipsos inimicitiae exortae sunt. Altera pars cui Theramenes prae- fuit in gratiam cum populo rediit, ab altera vero Phrynicho,

<sup>1)</sup> pol. V. 6. 6. ubi cf. Schneideri ann.; Heyn. I. I. II. p. 147.

<sup>2)</sup> Plutarchus dicit: μετ' ὅλων τριῶν et Photius: μεθ' ἑτέρων τριῶν, quos potius μετ' ἀδελφῶν τριῶν scripsisse Taylorus p. 56. suspicatus est; hoc vero ex eo quod iudicem unum solum fratrem Lysiam Thurios esse secutum narrant non credidimus; quare scriptores laudati origine mendi ex confusione numerorum Γ et Τ (proclivi sane lapso cf. Meurs. lect. Att. IV, 15.) aperta ad Dionysii verba corrigendi sunt.

<sup>3)</sup> Plutarchi et Photii mendum ἔως Κλεάρχου à Meursio perpetram tentatum correxerunt Taylorus et Corsinus f. A. III. 251.

<sup>4)</sup> cf. Corsin. f. A. p. 253. Meier. de bon. dawo. p. 3. sqq. p. 9. Krueger. ad Dion. Hal. historiogr. p. 362 — 390. Clinton. f. Hell. p. 82. Kr.

<sup>5)</sup> Plutarchus quidem dicit: ἐτη ἔξηκοντα τρία, sed mendum esse apparel atque quomodo exortum sit Taylorus explicare tentavit; quod numeros Plutarchus scripserit incertum est; mutare autem in τριάκοντα τρία audacius mihi videtur; equidem iis qui corrigit ὡς τριάκοντα lubenter assentior.

Antiphonte, alii Spartam ut pacem sacerent missis arx ad Piraei ostium condita est. Sed tumultu exorto Phrynicus qui re infecta Sparta revertebatur est occisus, alii vulnerati<sup>1)</sup>. Jam CCCC viri ad populum permoleendum quinque milia civium etiamtunc imperio exclusos participes reipublicae administrandae erant facturi; sed populus nuntio de Euboeae defctione allato irritatus illos republiam amovit<sup>2)</sup>. Pisander et Aristarchos effugerunt, Autipho et Archeptolemus accusati imprunis a Therameo capitis supplicio affecti sunt<sup>3)</sup>. Deinde ad quinque milia civium ex omnibus qui arma gerere possent summa imperio delato senatuque restituto plura concilia quinque milia civium illa habuerunt. Interea Alcibiades postquam Thrasybulo potissimum auctoritate ac Theramene suffragante plebiscito restitutus<sup>4)</sup> Lacedaemonis victis Atheniensium fortanam refecit, Thargelione Ol. 93, I.<sup>5)</sup> Athenas revertit. Sed ad bellum continentum mense Boedromione profectus iu invidiam mox recedit. Theramenes enim, Thrasybulus, Cleopho, Philocles, Cligenes, Cleomenes effecerunt, ut clade Antiocho ad Ephaeum ilata Alcibiadi magistratus abrogaretur aliquique doces decem in ejus locum substituerentur. Factionibus autem internis Atheniensium respublica in mala irruit. Duces enim qui Ol. 93, 3, Callia arbore ad Argiussas vicerant capitis accusati et plerique necati sunt<sup>6)</sup>, Theramene praeceppe istante. Ad Aegos deinde flumen Ol. 93, 4, Alexia archonte Athenieuses plane vici sunt; Senatus quidem Areopagiticus ad salutem reipublicae afferendam Patroclide rogante ἀτίμους in civitatem recepit<sup>7)</sup>; Cleopho populum ad bellum excitavit<sup>8)</sup>; Archestratus pacis cum Lacedaemoniis ineunda auctor in vincula conjectus est<sup>9)</sup>. Sed plures viri conjurati quibuscum Theramenes denuq se conjun-

<sup>1)</sup> cf. Thuc. 8, 89 — 92. Lys. adv. Agor. § 7. de olea sacr. § 4. Lyc. in Leocr. c. 30. Plut. Alcib. 25. Meier. de hon. d. 181. Krueger. ad Dionys. historiogr. p. 384.

<sup>2)</sup> cf. Meier. I. I. p. 182 sqq. Krueger I. I. p. 381. sqq. 388.

<sup>3)</sup> cf. Lys. adv. Erat. §. 67.

<sup>4)</sup> cf. Diad. 13, 38. Nepot. Alc. 5, Bachr. ad Plut. Alcib. c. 26.

<sup>5)</sup> cf. Clinton. p. 84.

<sup>6)</sup> cf. Luzac. de Socr. civ. p. 114. 123. Schoem. de cam. p. 91. F. 126. 160. sqq. 195. 206. sqq. Meier. I. I. p. 15. 219. Lelyveld. de infam. p. 47.

<sup>7)</sup> Xen. H. II, 2, 11. Lys. adv. Erat. §. 69. de affect. tyr. §. 27. Andoc. de myst. §. 73. Boeckh. ind. lect. nn. Berol. 182<sup>o</sup>. p. 6 — 9.

<sup>8)</sup> cf. Meier. de hon. damen. p. 219.

<sup>9)</sup> Xen. H. II, 2, 15.

xerat, rerum potissimum quinque ἐφόρους instituerunt<sup>1)</sup> atque se-  
uatum sibi obnoxium fecerunt. Cleopho qui vehementissime  
iis ob sistet occisus est<sup>2)</sup>. Lysander advenit et urbem obse-  
dit; Athenienses same vexati pacem petiere per legatos ad  
Agidem tum Spartam missos; legati vero ad fines Laconicos  
re pecti, conditiones neglectas sunt. Therameus, qui cum Ly-  
sandro jam colludebat<sup>3)</sup>, legationem ad eum suscepit; qua-  
drimestri vero ejus mora Athenienses ad extremam inopiam  
adacti se subjecere et urbem die 16. Munich. Ol. 93, 4.  
(26. April. 404.) dediderunt. Lysandro adhuc praesente  
Theramenes proposuit, ut summae rerum XXX viris defer-  
rentur eo consilio ut leges patias conscriberent<sup>4)</sup>; decretum  
a Dracontide conscriptum populus recepit<sup>5)</sup>. Nomina XXX  
virorum tradidit Xenophon atque descriptionem hujus temporis  
Taylorus et Corsinus<sup>6)</sup> illustraverunt. Pythodoro nimis rūm archonte erat quae vocatur ἀναρχία. Viri triungi contra se-  
natam quidem instituerunt, sed totum fere ex istis CD factio-  
nis oligarchicae sociis electum<sup>7)</sup>; in urbe praeterea XI, in  
Piraeo X archontes ad disciplinam publicam tueendam facili-  
sunt<sup>8)</sup>. Ab initio XXX viri magnam moderationem adhibue-  
runt et rem publicam impiis viris expurgandam esse ceterosque  
cives ad virtutem justitiamque adducendos<sup>9)</sup> edixeron. Pri-  
mum sycophantorum pessimus Epigenes sive Epitedeus inter-  
fectus est, tom alii<sup>10)</sup> suppicio affecti sunt. Mox vero tem-  
pora atrocia incidenter. XXX viri ex omnibus civibus tria  
unilia adsciverunt, quibuscum dicis causa imperium communica-  
verunt quibusque solis arma gerere permisern; veteris vero  
omnibus, τοῖς ἔξω καταλόγου, arma crepta sunt, praeterea

<sup>1)</sup> Lys. adv. Erat. §. 67. 43.

<sup>2)</sup> cf. Lys. adv. Agor. §. 7 — 12. adv. Nicom. §. 10 — 13.  
de Aristoph. bon. §. 48. Xen. H. I, 7, 40. Meier. l. l.

<sup>3)</sup> Lys. adv. Erat. §. 70.

<sup>4)</sup> Lys. adv. Erat. §. 73. Xen. H. II, 3, 2. 11.

<sup>5)</sup> Schol. Arist. Vesp. 157.

<sup>6)</sup> Taylor. vit. Lys. p. 137. 138. R. Corsin. f. A. I, 9. 24. III.  
p. 262.

<sup>7)</sup> cf. Lys. adv. Agor. §. 20. 74. de affect. tyr. §. 19. Xen. H.  
II, 3, 11.

<sup>8)</sup> cf. Platon. epp. VII. 324. D. Schneider. ad Xen. H. II, 4,  
19. Wyttensb. ecl. hist. p. 410.

<sup>9)</sup> Lys. adv. Erat. §. 5.

<sup>10)</sup> Lys. d. affect. tyr. §. 25. Xen. H. II, 3, 12. Diod. XIV, 4.  
Plut. de carn. esu B, 4. T. V. p. 60. Wytt. Meier. d. b. d.  
p. 184.

autem inermes in oppido morari sunt veluti<sup>1)</sup>). Virorum illorum trium milium neminem equitatum est suppicio capitum posse affici nisi senatusconsulto esset jussum, ceterorum vero quemcunque XXX virorum sententia damnaret<sup>2)</sup>). Ad cives autem continendos DCC milites Callibio praefecto missos a Lysandro acceperunt et ex ipsis juvenibus Atheniensibus equitum alam stipendiariam collegerunt<sup>3)</sup>). Ad stipendia persolvenda Piso et Theognis in senato sententiam dixerunt, ut unusquisque XXX virorum singulos<sup>4)</sup> vel binos<sup>5)</sup> vel cuncti decem inquilinos<sup>6)</sup> eligerent et necarent eorumque bona sibi arrogarent. Haec illi qui proposuerunt facilime sociis persuaserunt.

Lysias ex quo redierat cum Polemarcho clypeis fabricandis operam navavavit qua in re servos CXX occupatos habebant. Divitiis inde pollentes plures choros instruxerant et tres domus possidebant, qua ex re fratres *ἰαοφελεῖς* eos fuisse appareat<sup>7)</sup>). Jam vero Lysias deprehensus Pisoni traditus est; cui talento oblato ut ipsum in salutem redacturn se esse pollicetur, primum quidem persuasit; sed mox Piso jure iurando nibili facta omne argentum<sup>8)</sup> et sopallectilem Lysiae eripuit, qui deinde Theognidi ceterorum qui ex inquiliinis delati erant custodi traditos est. Qua vero ex custodia Lysias in Piraeum ad Archeaeum quendam nauclerum effugit. Polemarchus interim ab Eratosthene in carcerem erat deductus; quod cum audivit Lysias proxima nocte nave conacensa Megara effugit, Polemarchus vero cinctam bireme coactus est<sup>9)</sup>). Quo anni tempore haec Lysiae fuga acciderit non prorsus appetet; factam vero eam esse Pythodora archonte Ol. 94, 1, non negandum est neque Clinto<sup>10)</sup> referre debehat, Lysiam Alexiae anno expolsum esse, ἐπτὰ ἑτη, quas Lysiam Athenis peregrisse Plutarchus testatur, urgenda esse potius; haec enim sententia cum Plotachi ipsius verbis antecedentibus non quadrat. — XXX vii Atheniensibus caedes

<sup>1)</sup> Lys. de affect. tyr. §. 16. in Philon. §. 8. Xen. H. II, 3, 19. 20. 41. II, 4, 1. Meier l. l. p. 185.

<sup>2)</sup> Xen. H. II, 3, 51.

<sup>3)</sup> Xen. H. II, 3, 13. 42.

<sup>4)</sup> Xen. H. II, 3, 21. 40.

<sup>5)</sup> Diod. XIV, 5.

<sup>6)</sup> Lys. adv. Erat. §. 7, ubi cf. Bremii ann. Cf. Wyttens. ecl. hist. p. 401. Meier. p. 184.

<sup>7)</sup> cf. Boeckh. Oec. civ. I. 155. II, 75. 78.

<sup>8)</sup> cf. Boeckh. O. c. I, 25. II, 76.

<sup>9)</sup> cf. Lys. adv. Erat. §. 8 — 19. Plut. vit. de carn. esu l. l. Phot. vit.

<sup>10)</sup> f. H. p. 93. 287. Kr.

inferre non abstinerunt, inquinis enim jam multis aut necatis aut fugatis furorem in cives effuderunt; etiam Salamine et Eleusine plurimi deprehensi Athenas abstracti suppicio affecti<sup>1)</sup> sunt. Accensorum impiissimorum ut Batrachi et Aeschyli-  
dis<sup>2)</sup> ope tyranni usi sunt. MCD cives necati esse referau-  
tur<sup>3)</sup>, inter quos Niceratus Niciae f.<sup>4)</sup>, Euclates Niciae fra-  
ter<sup>5)</sup>, Antipho Lysicoidae f.<sup>6)</sup>, Leo Salaminius<sup>7)</sup>, Antoly-  
cus, Strombichides, Diouysodorus<sup>8)</sup>, Lycophro Lycurgi ora-  
toris avus<sup>9)</sup>. Ad populum coercedum navalia tribus talentis  
vendita sunt, eloquentia doceri vetita<sup>10)</sup>, suggestus oratorum  
in foro a parte maris ad terram conversus<sup>11)</sup>. Brevis vero  
tempore inter XXX viros contentione exorta Theramedes a Critia  
mucrone vitaque est privatus<sup>12)</sup>, Ad Phylem pagum exules  
convenierunt, Lysiae potissimum eos adiuvante qui quingentos<sup>13)</sup>  
vel trecentos<sup>14)</sup> milites et stipendia misit cum Hermene quo-  
dam<sup>15)</sup> ablegatus. Contulit praeterea duo milia drachmarum  
et clypeos CC<sup>16)</sup> hospitemque Thrasylaceum<sup>17)</sup> Elenum perdu-

<sup>1)</sup> cf. Lys. adv. Agor. §. 63. adv. Poliuch. §. 11. Xen. H. II,  
3, 17. Diod. XIV, 32. Sallust. bell. Catil. c. 51.

<sup>2)</sup> cf. Lys. adv. Erat. §. 48. adv. Andoc. §. 45,

<sup>3)</sup> cf. Wyttensb. ecl. hist. p. 201. 244, 399 — 417, Luzac, de  
Socr. civ. p. 201. Meier. d. b. d. p. 186.

<sup>4)</sup> cf. Xen. H. II, 3, 39. Diod. XIV, 7. Plut. de carn. esu B. 4.  
Meier. d. b. d. p. 186. Lys. adv. Poliuch. §. 6.

<sup>5)</sup> Lys. adv. Poliuch. I. l. Suid, v. ἄνεστος,

<sup>6)</sup> Xen. H. II, 3, 40, cf. infra fragm. 12.

<sup>7)</sup> Xen. H. II, 3, 39. Plat. apol. c. 20. Andoc. de myst. §. 94.  
Dio Chrysost. or. 43. p. 191, T. II, R. Themist. or. 20. p.  
293, Dind.

<sup>8)</sup> Lys. adv. Agor.

<sup>9)</sup> Plut. vit. Lyc. p. 345, Clinton. p. 161.

<sup>10)</sup> Xen. Mem. I, 2, 31.

<sup>11)</sup> Plut. Themist. 19.

<sup>12)</sup> Xen. H. II, 3, 15 — 56. cf. Wyttensb. ecl. p. 201. Luzac.  
de Socr. civ. p. 38. 127.

<sup>13)</sup> Justin. V, 9. Oros. II, 27.

<sup>14)</sup> Plut. ex emend. Wyttensb., Phot.

<sup>15)</sup> Ερμόν, ait Photius; diversus est Hermo dux cf. Xen. H.  
I, 6, 32, Boeckh. ad C. J. I, p. 220. Dem. c. Aristocr. §.  
212. Plut. Alcib. 25; alias infra in frg. 39, nobis occurret.

<sup>16)</sup> DCCC, ait Tzetzes Chil. V, 990, qui hanc narratiunculam  
mire confudit; retulit enim ad Cephalum patrem, quem in-  
super cum rhetore Cephalo permiscuit.

<sup>17)</sup> sic recte vocat Photius; idem est, quem προστάτην τοῦ δῆ-  
μου vocat Xenophon H. III, 2, 27. cf. Clinton. p. 98. Apud  
Plutarchum male legitur Thrasylaceus.

xit ut duo talenta daret. Thrasylulos Lyci s. Stiriensis in Piraeum irruit et XXX viros aggredientes fugavit; ex quibus occiderunt Critias et Hippomachus, ex X autem archontibus in Piraeo Charmides Glauconis f.<sup>1)</sup>). Viri XXX munere inde amoti Eleusinem se contulerunt, et alii X viri reipublicas constituendae causa selecti sunt iisque singuli ex singulis curiis<sup>2)</sup>, inter quos Phido ex XXX virorum collegio, Hippocles, Epichares Lamprensis<sup>3)</sup>, Molpis<sup>4)</sup>, Rhino<sup>5)</sup>). Cum autem hi et XXX viri a Spartanis auxilia petissent, Lysander cum exercitu advenit, sed Pansauias illius gloriae iuideos ab Eucrate vel potius a populo et exenlibus corruptos pecunia<sup>6)</sup> paullo post effecit, ut intraque populi pars quae morabatur in urbe et in Piraeo reconciliaretur<sup>7)</sup>. Illi quidem qui Eleusine erant denuo peregrinos mercede conduxerunt, sed doces ad colloquium cum Athenieisibus progressi tauqnam pacis victimae trucidati, ceteri autem ad reconciliationem cum populo incundam legemque oblivionis arcipientiam commoti sunt. Erat illa lex pacis inter Thrasylulum et τοὺς δεκαδούχους compositae conditio: ne quis afficeretur exilio neve bona publicarentur, exceptis XXX viris et XI viris et XI Piraei archontibus<sup>8)</sup>, usque vel omnibus hac una conditione, si suorum facinorum rationem reddere recensavissent; liberis etiam XXX virorum Athenis morari permisum est<sup>9)</sup>. Jurijraudo senatorum additum est, ut neque ἐνδείξεις neque ἀπταγωγὴ rerum antea actarum nisi earum quae ab exenlibus actae essent acciperentur, simillimumque erat judicium jusjuraudum. Ii qui XXX viris equites

<sup>1)</sup> Xen. H. II, 4, 19.

<sup>2)</sup> cf. Meier. de bon. damn. p. 188.

<sup>3)</sup> Lys. adv. Erat. §. 55.

<sup>4)</sup> Harp. v. δέκα, Meier d. b. d. p. 187, not. 95.

<sup>5)</sup> Isocr. c. Callim. 728. Heracl. Pont. p. 4. ed. Köbler.

<sup>6)</sup> cf. Lys. adv. Poliuch. §. 10.

<sup>7)</sup> Ol. 94, 2. init. Sequor in tempore constituendo Krueger. ad Clint. p. 92, quamquam scrupulum mihi injicit locus Lysiacus. Is qui Lys. or. de sac. ol. habuit agrum emit εἰρήνης οὐσίας; nescio num hoc verbum de anarchia possit dici praesertim si respicias verba antecedentia §. 4: ὅλην πρὸ τῶν ἐργάκοντα Ἀριειλῆς κ. τ. λ. Si εἰρήνη tempus post XXX. viros expulsos significat, exiles jam Ol. 94, 1. Pythodoru archonte reverterunt (§. 9.).

<sup>8)</sup> cf. Schneider. ad Xen. H. II, 4, 38. Etiam τοὺς δεκαδούχους exclusos esse contendit Meierus d. b. d. p. 189; ejus vero argumenta mihi rem non probare videntur.

<sup>9)</sup> cf. Dem. adv. Boeot. p. 1018.

suerant ut stipendia resolverent, cornuque somnia tabulis inscripta publice collocarentur imperatum est. Haec oblivionis lex apud veteres<sup>1)</sup> summis laudibus effertur; admiranda certe est populi moderatio.

### §. 7.

At exiles quum in Piraeis essent, publice pronuntiaverant, omnes peregrinos secum coniunctos in hostesque bellaturos (*πατέλειαν* donum esse accepturos<sup>2)</sup>). Itaque Lysias post redditum a Thrasybulo coram populo qui civis Atheniensis fieret, quod de republica optime meritus esset, dignus declaratus est. Populus quidem rogationem accepit, nihilominus orator noster repulsa tuit non quod ipse hoc honore indignus esset, sed quia Thrasybulus non lege egerat, et hic hanc ob rem ab Archino accusans est quod legem sine senatus consulto ad populum tolisset (*παρανόμων διὰ τὸ ἀπροθύλευτον*). Hinc Lysias civitate<sup>3)</sup> non accepta in *ἰδοτελοῦς* statu permansit. De ejus reliqua vita nihil traditum est nisi cum Aristophane Nicophemi s. et Euromo Dioysium Syracusanum adiunse; cuius legationis princeps erat Aristophanes Dionysio persuasurus, ut cum Euagora Cyprio affinitate se conjugaret. Quod exponitur in Lysiae ipsius orationis de Aristophanis illius bonis §. 19. Sed illum locum tentaverunt viri docti; scilicet pro μετὰ Εὐνόμου καὶ Λυσίου Taylorus legi volt; μετὰ Εὐνόμου τοῦ Λυσίου, Meierus de bon. damn. p. 52. μετὰ Εὐνόμου Καρνατίου; quam ob rem, uqa assequor. Omnia enim optime ad Lysiam nostrum possunt referri; orator enim dicit: εἰς Σικελίαν ὥχετο ὑποστὰς μετὰ Εὐνόμου καὶ Λυσίου, φίλου ὄντος καὶ ξένου, τὸ πλῆθος τοῦ ὑμέτερον πλεῖστα ἀγαθὰ πεποιηκότος, ὡς ἔγω ἀκίκος τῶν ἐν Πιεραιῷ παραγενομένων. Lysias nonne exilibus beue fecerat? noue erat ξένος (*ἰσοτελής*)? Frauizium (de Lys. p. 6) mecum consentire gandeo nostramque sententiam etiam Meierus jam sequi videtur; inter Iso-eratis enim discipulos Athenienses Euromam enumerat eundemque nostro loco significari potat (ind. lect. uo. Hal. 1831. p. 4.).

<sup>1)</sup> cf. Flav. Vopisc. Aurelian. c. 39. Oros. VII, 6.

<sup>2)</sup> cf. Xen. H. II, 4, 25.

<sup>3)</sup> cf. Plut., Phot., Tzetz. Chil. V, 993. Aesch. in Ctes. §. 195. Meier. de bon. damn. p. 54. 121. De Reiskii errore ex Ciceronis, ut videtur, minus accuratis verbis Brut. 16. exorto cf. Westermann de publ. Athen. honor. p. 35. not.

Athenis decessit Lysias, ut videtur, Ol. 100<sup>2</sup> (378) Nicone vel Nausiuico archonte annos natus 80<sup>1</sup>). Alii de tempore mortis oratoris alia tradont; eum compleuisse aut annos 76 (Plut. et Phot.) aut plus 80 annos (Plut.) aut annos 83 (Plut. et Phot.) scriptum reliquerunt.

### §. 8.

Athenaens (XIII. p. 592. b. c. 593. f.) et Plutarchus Demosthenes teste allato commemorant, Lysiam nostrum cum Metanira meretricem rem habuisse. Nicaretae lenae, quae domi VII puellas meretrices unde victimum quaereret habebat, Antiam, Stratolam, Aristocleam, Metaniram, Philam, Isthmialem, Neaeram, Lysias persuasit ut Metaniram secum Athenas ad mysteria duceret; quibuscum Neaera aetate minor, arti vero meretriciae jam dedita, advenit<sup>2</sup>). Hanc rem non ad nostrum Lysiam pertinere posse duosque fuisse Lysias confusos Taylorus<sup>3</sup>) contendit cum aliis levioribus rationibus invisus, tum hac quod Neaera contra quam Demosthenes orationem scripserit, minima fuerit aetate eo tempore quo Lysias orator in extrema senectute diem supremum obierit; quare Metanira quam Neaera jam grandiuscula secula sit, non a nostro Lysia Athenas arcessita esse videatur. Sed huic argumentationi multa opponas.<sup>4</sup>). Lysias enim vocatur Cephalii filius (p. 1352) nec probabile est, eodem fere tempore duos ejusdem nominis fuisse oratores eosque Cephalii filios. Tum vocem σοφιστῆς, ea enim Lysias appellatur, quam Taylorus urget, tanta esse significationis varietate, ut veteres ipsos vacillasse et scriptorim quemque aliud aliud intellexisse credas, diligenter exposuit Spengelius. Denique Neaera (p. 1352, 12.) comitata esse dicitur, jam merens quidem corpore, sed tenerioris aetatis quam ad tales quaestum idouca, quippe nondum satis matura viro. Itaque quo tempore venit Atheus vix duodecim annos erat nata; postquam cum multis amatoribus consuetudinem habuit, a Pbyrius ad convivium ad amicum Chabriam (Ol. 101, 3. 373.) ducitur ab eoque Ol. 101, 4. absfugit, quo tempore trigesimum fere annum egisse videtur; multo post Ol. 110, 1. (340.)

<sup>1)</sup> Dion. Hal. Lys. 12. p. 479. cf. Corsin. f. A. III. p. 300. Spengel. *ovv.* p. 133.

<sup>2)</sup> Dem. c. Neaer. p. 1351 sqq. §. 21 sqq.

<sup>3)</sup> Idem jam suspicatus est Jonsius I, 7, 36.

<sup>4)</sup> cf. Reisk. ad Dem. c. Neaer. p. 1351, 26. Clinton. p. 371. Spengel. *ovvay.* p. 133 sq.

accusatur. Inde consuetudo quam Lysias, cum Metanira habuit, c. Ol. 97, acciderit, quo tempore orator 66. fere annos erat natus, neque est quare tum ejus matrem (cf. or. adv. Neaer. p. 1352.) adhuc vixisse negemus.

Athenaeo teste (XIII. p. 592. e.) Lysias etiam aliam meretricem habuit Lagidem, enjus laudes Cephalus quidam scripsit<sup>1)</sup>. J. A. Fabricium et J. Bonanum, qui istam cum Laide confudernot, correxit jam Sieghartus Havercampius (ad Bonan. p. 310.).

Uxorem legitimam habuit Lysias filiam fratris Brachylli, quam post consuetudinem cum Metanira initam a Plutarcho, rectius jam anteia in matrimonium duxisse ab auctore or. in Neaer. dicitur.

Apophthegma Lysiae servavit Plutarchus de garrul. c. 5. ex eoqne Arsenius viol. p. 342.

Imaginem Lysiae reperies ap. Fulv. Ursio. p. 85. atque ex eodem ap. Grouov. thes. Graec. Vol. II. tab. 69. et ap. Bonan. p. 310.

Prinsquam hanc materiam relinquam, complures loci, quibus passim Lysiae nomeu memoratur, illustrandi suot; atque ejusdem nominiis cum plures inveniantur, quot quibusque temporibus fuerint quoad cognosci licet, paucis mihi tradendum est. Sed hanc materiam fere monem Taylori eximia doctrina<sup>2)</sup> mibi eripnit, quare nihil nisi viri doctissimi verbis hic illic per pauca addere mihi superest. Lysias archou Ol. 24<sup>3</sup> commemoratur in marmore Pario, de quo cf. Corsin. f. A. I. 10. 4. 5. II. p. 84. III. p. 39. Alter Lysias est dux Athenieum qui proelio ad Argiussas iintersuit δέκατος αὐτός, a populo capitisi condemnatus (cf. Xen. H. I, 5, 16. 6, 30. 7, 1. Diod. XIII, 74. 99. 102.). Tertius est qui duobus Spensippi dialogis nomen dedit, quartus Tarsensis Epicureus ex sophista tyraonus factus (Athen. V. p. 215. c.). Tempore quo Diogenes Cynicus vixit Lysias pharmocopola (Diog. Laert. VI, 42.). Ejusdem nominiis eximus sculptor occurrit ap. Plin. h. n. XXXVI. 5. Septimus est Lysias Seleuci I. Nicatoris legatus (Polyaen. I, 4.) a quo fortasse oriundus est Lysias tutor pueri Antiochi Eupatoris Romanis ejectis et C. Octavio occiso notus, quem debellavit Judas Maccabaeus, postea vero una cum Antiocho Demetrius Soter necavit Ol. 154, 4. (cf. Euseb. chro.

<sup>1)</sup> cf. Westerm. hist. eloq. Gr. p. 71.

<sup>2)</sup> ann. ad or. de Erat. caed. ab init. et lectt. Lys. cap. 1.

I. p. 384. ed. Ancher. Maccab. I, 3, 32. sqq. Joseph. antt. XII, 11. 15. 16. Appian. Syriac. Polyb. hist. XVIII, 30. 33. XXI, 15. 19. Hegesipp. de excid. Hieros. II, 13. Flor. epit. hist. I, 46. Jul. Obseq. de prodig. 74. Zonar. ann. IX, 25. Nonnus est Claudius Lysias tribunus militum in Act. Apost. XXIII. 26. memoratus. Decimus est qui ab Eusebio (II. p. 283.) et Themistio (or. 16. p. 250. Diad.) laudatur Lysias Quietus Judaicus, qui plurimis Judaeorum seditionum in Mesopotamia myriadibus interueione deletis praeses Judaicus ab imperatore declaratus est anno imperatoris Trajan. XVIII. i. e. Ol. 223 a. 115. p. Chr.; quem vero Xiphilius, Spartianus et Dio Cassius (ap. Bekk. An. p. 178, 5.) *λοιστον* appellant. Undecimus est Isidorus Lysias, qui M. Aurelio Antoniuo Philosopho et Lucio Vero Impp. vixit (Fronton. epp. II, 11. p. 221. Nieb.). Duodecimus est Lysias medicus incerti aevi citatus a Celso V, 18; decimus tertius μουσικῆς ἐπιστήμων, εἰς τις τῶν σύνταξιν παρ' Ὀρησιχράτους λαμβανόντων laudatus a Plutarcho (de mns. cap. 2.). Decimum quartum afferro qui sub Diocletiano bis Ciliciae praeses, decimum quintum, qui eodem et Licidio Impp. Armeniae fioibus praefectus erat; utrumque Taylors ex Actis Martyrum elicuit. Decimus sextus Lysiarii fidei Christianae fidelis laudator a Ruiart. ad Act. Mart. a. 304. Decimus septimus est, cui inscripta est epistola Libanii III, 104., decimus octavus cui dantur doiae epistolae Nili monachi (III. 109. 110.). Denique pro *Λησίας ὁ Λαμψακηνὸς* ap. Tzetz. ad Lyceophr. p. 322. ed. Mueller. praebent duo codd. *Λυσίας ὁ Λαμψάκον*. Nonnulli Lysiace citantur in inscriptionibus, ut *Λυσίας* in Boeckh. C. J. Vol. I. no. 172, l. 44. (inser. milit. ex Ol. 110, I. ant Ol. 116, 4.), *Λυσίας Λυσάνδρου* V. I. no. 966. *Nixων Λυσίου Άλαιεις* V. I. no. 577., *Λυσίας Ἡρακλείτου* V. I. no. 1056., *Λυσίας* V. I. no. 1570 (ins. Boeot.).

---

## P a r s II.

### De arte oratoria Lysiae ejusque orationum generibus.

Eloquentiae Atticae tria erant genera<sup>1)</sup> ex iudicio veterum, τὸ ἕψηλὸν, ἰσχνὸν, μέσον. Oratores primi generis (τοῦ ἕψηλοῦ, σεμνοῦ, ἀδροῦ; αὐστηροῦ, λογίου, μεγαλοπρεποῦς, φιλαρχαῖον, uberioris, magni, alti, gravis) erant grandes verbis, crebri sententiis, compressione rerum breves et ob eam ipsam causam iusterum subobscuri (Cic. Brut. 7.). Inter hos excelluerunt Themistocles (Thuc. I, 138.), Pericles, imprimis Thucydides historicus et Antipho orator. Eo usque eloquentia artis signo nondum erat notata; facultas ex natura ipsa oriebatur. Jam vero Coracis et Tisiae Sicolorum studiis artis

<sup>1)</sup> Dion. Hal. de Demosth. dic. vi ab init. Schol. anon. ad Hermog. form. T. VII. p. 1049 VV.; Hermog. de form. c. II; Schol. ap. Spengel. ov. p. 76. 197.; Sopat. prolegg. ad Aristid.; Tryphon. de figur. T. VIII. p. 750. VV.; Marcellin. vit. Thuc. 7; 23. Bk. Apud Homerum exempla horum generum citantur magnifici Ulixes, subtilis Menelaus, moderati Nestor a Gellio VII, 14; at Ulixes comparatur cum Demosthene, Menelaos cum Lysia, Nestor cum Isocrate a Syriano ap. Spengel. p. 119., Doxopat. prolegg. rhet. T. VI. p. 9. VV., Anonym. de figur. T. VIII. p. 660. VV., Schel. Hom. H. p. 107. a. 29. Bk. Plutarchus de vit. et poea. Hom. B. c. 72: sublimus genus extare in descriptione terrae a Jove quassatae, tenuis in expositione rationis, qua Hector filiolum salutet [Il. 6. 469], medium in enarratione Ulixis in procerum concionem proudeuntis. M. Varro ap. Gell. VII, 14. exempla auctor. Rom. affert.

praecepta conscripta sunt, quae Gorgias Athenas propagavit. Cujus orationum insolens erat verborum compositio, ficta gravitas, paria erant paribus adiuncta et similiter definita itemque contrariis relata contraria. Quibus sane artibus Gorgias primum Atheneiūnū aōimos commovit; sed Athenienses cum numerorum orationis et jacunditatis causa et ut varietas oēcurreret satietati eum avidorem esse atque his festivitatibus intemperautius abuti brevi cognoscerent, hanc latam argutamque dictionem contempserant, neque oratorem ullum hanc dicendi formam sibi elegisse memoriae traditum est. Sed alterum eloquentiae genus exortum est, coi inter historicos respondet Xenophou, genus subtile, tenue, gracile (λέξις λιτή, ἴσχυνη, ἀφελῆς, ἀκοίβης, χαρδαρά), ex quo laudatur Critias, Aodocides, Lysias. Etiam Antiphō ab eo non abhorret, exornatus perspicuitate et puritate, quamquam acerbitate obsoletisque verbis interdum est turbatus atque caret gratia. Aodocides aliis quidem hujus generis virtutibus insignis saepius tamen in verbositatem et obscuritatem ansertur<sup>1)</sup>. Critias fuit eximius orator, omnibus fere eloquentiis Lysiacei virtutibus clarus, brevitate, copia sententiārum, subtilitate, spiritu remissiore et suavi et leoni; sed in orationibus quoque turbulentum ejus ingenium apparebat, quare ἀσυνδέτως χωρίω προσθάλεῖν et ἐπιεικίᾳ καὶ ἀφελειᾳ carere dicitur<sup>2)</sup>.

Hoc autem eloquentiae genus ad summum fastigium excoluit Lysias<sup>3)</sup>.

Elocutionem Lysiāe admodum parām esse<sup>4)</sup> veterū permuli agnoscunt; Atticae linguae optimum canonem eum vocat Dionysius. Quomodo haec verba interpretanda sint, Dionysius ipse (de Lys. §. 2. 13.) refert; elocationem scilicet Lysiācam non esse similem illi pristināe, qua Plato et Thucydiās nū sint, sed comparandā cum ea, quam in Aodocidis, Critiae, aliorū illius temporis scriptis inveniamus. Hoc Dionysii

<sup>1)</sup> φλύαρος καὶ ἄλλως ἀσαρής. Hermog. de form. p. 145. Ald. T. III. p. 390. W. cf. Joann. Sicil. T. VI. p. 502. VV.

<sup>2)</sup> Philostr. vit. c. 4. Hermog. de form. p. 144. Ald. T. III. 388. W.

<sup>3)</sup> cf. Dion. Hal. Isae. §. 20. de Demosth. dic. vi §. 2. 11. Plut. de vit. et poes. Hom. B. c. 72., de audit. p. 42. 45. Quintil. XI, 1, 8. XII, 10, 21. Julian. epp. 42. Schol. Hom. Il. p. 107. a. 23. Bk., Syrian. Schol. Herm. ap. Spen-gel. p. 201.

<sup>4)</sup> cf. Hermog. de form. c. 3. T. III. p. 202. W., Anon. ad Herm. T. VII. p. 914. VV., Bernhardy Synt. Gr. p. 22.

judicium, quocum veteres alii sentiant<sup>1)</sup>) verum esse ex orationibus ipsis optime elucet. Andocides enim urbanitate Attica prorsus destitutus est, Critias autem quamquam a Philostrato Atticissare neque intemperanter neque imbecillius dicitur, tamen in oratione quam nobis tradidit Xenophon (H. II, 3, 24 — 34) sophisticum quedam fucum perlucere negari nequit, id quod etiam Philostratus verbis subsequentibus „ώσπερ αὐτίνων αὐγαὶ τὰ Ἀττικὰ ὄνοματα διαφαίνεται“ concedere videtur. Posteriorum nemo, sicut recte Dionysius, linguae poritate Lysiam superavit; post eum Isocrates hae virtute maxime excelluit. Qui vero in aliis orationibus virtutibus quam longissime a Lysia abest, cum artificium politissimum exhibere imprimis ei corae fuerit.

Haec autem est Lysiaca dictio virtus, ut verbis propriis et communibus utatur. (ἡ διὰ τῶν κυρίων τε καὶ κοινῶν καὶ ἐν μέσῳ κειμένων ὄνομάτων ἐκφέρουσα τὰ νοούμενα<sup>2)</sup>); minime enim ex figurata oratione (τροπικῇ φράσει) nitorem quandam sibi adseiscit. Quod vero maximi habendum est, magnoas res communibus verbis neque poetica orationis structura praecclare narrat. Quotcumque enim oratores ante Lysiam vixerunt, volgari oratione relictâ in multas dictio vicissitudines et figuratam poeticaqne orationem obscuris verbis obsoletisque obrotam perfugernut. Gorgiae orationibus ex veterum testimoniis ista insolens et inflata verborum compositio inerat, qua ex re Gorgia duce poetica quaedam dictio et tropica oratores Attheoieuses imbutit. Sed ista dicendi ratione Lysias in judicialibus certe orationibus omnino caret<sup>3)</sup>; turgida verba spernit neque habet quidquam insolens inepte (Cic. or. 9. Quint. X, 1, 78.) iodeque ἀρμονία λόγων euata est, qua dictio exornatur suavitate. Haec est elegautia, quam laudat Cicero<sup>4)</sup>, arctissime eadem coniuncta cum simplicitate, quam Lysiæ propriam laudant veteres<sup>5)</sup>; in ea enim adhibenda maxime proprietas orationis Lysiaca appareat. Iam Isocrates ea relictâ verbis solutis quamvis moderatius iterum numeros adjuoxit (Cic. or.

<sup>1)</sup> Phot., Suid., Eudoc. v. Λυσίας. Anon. vit. Isae, p. XV. Scholm.

<sup>2)</sup> Dion. Lys. §. 3. 13. Isocr. §. 11. de Dem. dic. vi §. 13.

<sup>3)</sup> cf. Anon. vit. Isae. l. l. Schol. Herm. ap. Spengel. p. 68. Maxim. Planud. ad Herm. form. T. V. p. 446. VV.

<sup>4)</sup> Brut. 9. 16. orat. 9. cf. Quint. X, 1, 78.

<sup>5)</sup> Dion. de Isae. §. 4. de Dem. dic. vi §. 2. 4. Quint. IX, 4, 17. X, 1, 78. Dio Chrysost. or. 18. T. II. p. 479. R.

52.) cumque Demosthenes secundus est, qui oratione eloctionis tanta moderatione est usus, ut ausquam in laetinum excurrat. Neque negari potest quamvis Dionysius non concessisset, Lysiam simplicitati oratoriae saepius suis adstrictiorem<sup>1)</sup> ejusque ideo eloctionem orationibus deliberativis<sup>2)</sup> minus aptam esse. Sed sine dubio affirmemus, eandem naturae orationum judicialium optimo conveniro (Cic. or. 9.), ntpote quare summa vis probationibus certis insit et ingenui actio invitatur. Recepitur igitur Dionysius<sup>3)</sup> contendit, perspicuitatem (*σαφήνειαν*)<sup>4)</sup> non solum in verbis, sed etiam in rebus elucero apud Lysiam; Thucydidis quidem et Demosthenis dictionem saepissime obscenam sine interpretis auxilio periti non posse intelligi, Lysiad vero claram esse et perspicuam; quod eo majoris, pergit Dionysius, momenti sit habeendum, cum hac re quod propriis quasconque notiones nominibus describat Lysiam callere lingua Attica satis liquent. Quod critici judicium bonum esse ex oratt. servatis appetat; Theophrastus quidem Lysiam ἀντιδέσεις et παροιώσεις et παρομοώσεις amare statuit; sed oratio pro Nicia quam ut sententiam probaret provocavit sive genuina sive suppositicia sinit nihil probat. Illam perspicuitatem cum brevitate coniungere oratorem decet; quo vero modo hae virtutes sint miscendae optimum exemplum est Lysias<sup>5)</sup>, eniūt orationes neque intempestivis neque obscuris verbis offendant; in eo autem causa est, quod non verbis servinat res, sed rebus verba. Quare Favorius teste Gellio (N. A. II, 5.) solitus est dicere: „Si ex Lysiō oratione verbum aliquod de mas mitesve atque id commodatissime facias, de sententia ta-

<sup>1)</sup> Minus esse ejus orationem circumiectam (*περιβολή*) judicat Hermog. de form. p. 142. Ald. T. III. p. 381. VV.; addit Lysiam habere τὸ τοῦ κόσμου σφόδρα ἀνεμφάτως, cf. Plut. de audiend. c. 9.

<sup>2)</sup> τῷ ἀξιωματικῷ λόγῳ. Hermog. I. I. cf. Quint. VIII, 3, 11. IX, 4, 17.

<sup>3)</sup> de Lys. S. 4. 13.

<sup>4)</sup> οὐφῆναι λύγεται ὅταν μῆτε λέξεις ξέναις χρώμεθα μῆτε ὑπερβατοῖς μῆτε διανοταῖς. Rufus rhet. §. 18. cf. Dion. Dinarch. S. 6, de Dem. dic. vi §. 13. Quint. VIII, 2, 22. sqq. XII, 10, 21. Hermog. de form. T. III. p. 202. 380. VV.; Phot. vit. Lys.; Anon. ad Hermog. T. VII. p. 911. VV.; Doxop. ad Aphthon. T. II. p. 215. sqq. VV.; Anon. vit. Isae. I. I.; Boisson. ad Tiber. Rhet. p. 30. ad Eunap. p. 176. 196. Ἀριστον μὲν γὰρ οὐτω οὐρανοὶ ξημηνεύειν ὡς οἱ περὶ Αὐτοὺς τε καὶ Δημοσθένη ἐγένοντος, inquit Galenus.

<sup>5)</sup> cf. Anon. vit. Isae. I. I. Rutil. Lup. II, 8. Schol. Hom. II. p. 67. a. 23. Bk.

*men detraheris*<sup>1)</sup>). Ut eloquio, ita expositio sententiae est inferia et conglobata<sup>2)</sup>.

Gravitatem illam oratoribus quidem omnibus, quos generi eloquentiae Atticae alteri adnumerant esse propriam, critici veteres significant; Critias erat πολυγνώμων et βραχυλογῶν teste Philostrato; in eo vero a Lysia aberat, quod ad granditatem verborum (*σεμνολογῆσαι*) quamvis non dithyrambicam maxime erat compositus; Andocides saepius ad verbositatem perfugit; similiter virtute laudata Lysiae est Isaeus; sed nullus orationis pressa est quam Lysiae, ita ut in hac re iusignem speciem nostri oratoris ponant Cicero (Brut. 9. 16.) et Dio Chrysostomus (l. l.). Quare ex schemate epiploces, in quo ex prima sententia secunda oritur, ex secunda tertia, exemplum Lysiaceum affert Rutilius Lupus (l. 13).

Hasce Lysiace virtutes quas enumerayimus oratorias si comprehendamus, alterius generis eloquentiae Atticae, quo Lysias ceteris autecelluit, ratio et natura satis elucet. Illud est genus, quod dicitur subtile, tenue, jejunum (*λέξις ισχνή, λιτή, ἀφελής, ἀκριβής, καθαρά*), quale sit, optime mihi videtur descriptissime Cicero (de opt. gen. or. 3.) hisce verbis: „Imitemur, si poterimus, Lysiam et ejus quidem tenuitatem potissimum. Est enim multis in locis grandior; sed quia et privatas ille plerasque et eas ipsis aliis et parvarum rerum causulas scripsit, videtur esse jejunior, quoniam se ipse consulto ad minutarum genera causarum limaverit”. (cf. Brut. 9. Quint. X, I, 78.). Lysiaca dictio hoc loco accommodata causulis privatis, minus vero orationibus deliberativis apta vocatur; quae orationum genera quomodo differant cum facillime intelligatur, naturam inde etiam ejus eloctionis, qua illas scribere deceat oratorem, cognoscimus. Ad quam interpretationem comprobandum conferas quae Dionysius protulit (de vett. script. cens. V, 1): „Oratio Lysiaca actionibus utilibus necessariisque sufficit; aridum enim evitat cum concisa eloquence et brevitum veritate atque sermonis attici elegancia compita, neque in angendis amplificandisque rebus assidue versatur nisi fortuito propositum obliiscatur”. In enarrationibus potissimum

<sup>1)</sup> cf. Bernhardy Synt. Gr. p. 22.

<sup>2)</sup> Dion. Lys. 5: *συνέστραπται καὶ πεπύκεται τοῖς νοήμασιν*. cf. vett. script. cens. V, 1. de Isocr. 2. 11.; Photius: τὸ μὴ καθ' ἐν διατελεσθαι μηκύνειν τὸν λόγον τῆς τοῦ Λυσίου ἔστιν ἀκριβεῖται. idem: τὸ εὐπαγῆς τῶν λογών. cf. cod. 265. p. 429. A, 11. cod. 61. p. 20. B. 15. Plin. epp. 1, 20.

illud habet, expositionem enim rerum tenuitatem (*ἰσχνότητο*) elocutionis perspicuam et accuratam praebent. Cicero illa loco, quo virtutes oratoribus Atticis singulis proprias recenset Lysiae subtilitatem propriam adtribuit eaque praesertim certos ejus studiosos polissimum gaudere commemorat (de orat. III, 7. Brut. 16. 17. cf. orat. 9. 31.). Sed si diligentius de hac subtilitate quaeramus, Cicero ioler priores oratores et Lysiam non bene videtur distinxisse, quia alio loco (de orat. II, 22.) etiam Periclem, Alcibiadem, Thucydidem subiles vocat; neque ἀφελότης, quam laudibus effert Hermogenes (de form. T. III. p. 307. 380. W.) indicium est orationis Lysiacaē, quia etiam Lacedaemoniorum εὐθυρημοσύνη vocatur ἀφελῆς καὶ σύντομος<sup>1)</sup>. Significativa virtus oratoria saepius laudata *ἰσχνότης* vel *tenuitas* vocatur. Uti Critias δογματίας τὴν ιδέαν τοῦ λόγου i. e. tenuis dicitur, ita tenuitatis fastigium in Lysia reperimus<sup>2)</sup>, eamque recte notam alterius eloquentiae generis statuimus; illa enim et priores oratores et posteriores ab Isocratis temporibus caruerunt.

Post haec Dionysius aliam virtutem Lysiae recenset, illam ex qua sententiae in compendium contractae rotunde efferventur (*λέξις ή συστρέφοντα τὰ νοήματα καὶ στρογγύλως ἐκφέροντα*)<sup>3)</sup>. Illius vero auctorem Thrasymachum esse statuit Theophrastus Dionysio obnidente, cuius sententiam veriorem esse verisimile est<sup>4)</sup>. Etenim apud Platonem (reipubl. p. 336. B.) Thrasymachos συστρέφειν ἐαυτὸν more belluarum dicitur i. e. se contrahere et colligere quo impetus fiat vehementior, neque Dionysio concedendum est, eum Lysia fuisse juniores. Quod autem Dionysius addit, hunc certe in illa virtute magis excelluisse, hoc lubenter credamus. Hanc dictionem orationibus judicialibus propriam pauci imitati sunt, Demosthenes solus emperavit, sed non tam simpliciter parceque (*εὐτελῶς καὶ ἀφελῶς*), sed curiosius et difficilius (*περιέργως καὶ πικρῶς*) adhibuit.

Ex ceteris Lysiae virtutibus oratoriis veteres maxime lau-

<sup>1)</sup> Sext. Empir. Ἀντίρρ. II. §. 22.

<sup>2)</sup> Dion. de vett. script. cens. V, 1. de Dem. dic. vi §. 2. Cíc. orat. 9. Quint. XII, 10. 21. Demetr. de eloc. §. 194. Joann. Sicil. T. VI. p. 76. VV.

<sup>3)</sup> Dien. Lys. §. 6. 13. de Isocr. §. 11. de Dem. dic. vi §. 3. 13.; Phol. Hanc esse proprietatem dialectica statuit Zeno Citienensis teste Sext. Empir. adv. mathem. II, 7.

<sup>4)</sup> cf. Spengel. συναγ. p. 94.

dant ἐνάργειαν sive διατύπωσιν, eam vim per quam imagines rerum absentium ita repraesentantur animo, ut eas certe oculis ac praesentes habero nobis videamus<sup>1)</sup>). Qui Lysiae orationes, at Dionysius, attente consideraverit, non adeo laevus aut morosus aut hebes erit, quin ea quae dicuntur tanquam ante oculos cernere et inter eas quas orator induxerit personas tanquam praesentes versari se putet; neque quidquam requiret opinans alios agere, alios pati, alios cogitare, alios loqui, neque, addit Photius, in hac arte Lysiam Platone nec Demosthenem neque Aeschine inferiorem putabit. Nulla enim persona invenitur cuius mores non egregie describantur, quaeve sanguinis omnis sit expers<sup>2)</sup>; omnino ethopoeia Lysiae celeberrima est; elucet in mente (*διανοίᾳ*) et elocutione (*λέξει*) et compositione (*συνθέσει*), personae enim non ea solum quae temporibus quadrent (*ἐπιεικῆ καὶ μέτρια*), sed quae ipsorum moribus sunt apta eloquuntur. Lysias videtur veritatem magis persequi, Isaeus artem<sup>3)</sup>). Tumor abest, nihil est arcessitum, nihil inane; dictio enim calamistris inusta in personarum naturam describendarum non caderet. Quia neque in orbe oratorio neque in numeris, sed in oratione dissoluta mores apparent, simplex est dictio. Ex gratia quae in eo maxima est simplicis atque in affectati coloris vis persuasoria exorta est. Incomposite videtur Lysias dicere, sed in eo ipso est composita; quod dissolutum esse videtur, ligatum est; in hac re ipsa quod oratio gravitatis (*δεινότητος*) speciem repudiatur, gravitas inest<sup>4)</sup>; praecipuum enim artis opus est naturam imitari<sup>5)</sup>). Neque minus quam ceterorum illas oratorum id quod et dicenti et audiendi et rebus ipsis decorum est (*τὰ*

<sup>1)</sup> cf. Quint. IV, 2, 63 sqq. VI, 2, 29 sq. Longin. de subl. XV, 2. 9.

<sup>2)</sup> πρόσωπον οὐτε ἀνηθοτοῦτον οὐτε ἄψυχον. Dion. Lys. 8. cf. de Dem. dic. vi §. 13., de Dinarch. §. 7.; Spald. C. quint. III, 8, 54. Rutil. Lup. I, 21.

<sup>3)</sup> cf. Dion. Isae. §. 3, 18. Hermog. de form. T. HI. p. 381. VV. Quint. II, 17, 6. IX, 4, 17. Anon. vit. Isae. p. XVI. Schoem.

<sup>4)</sup> Quare δεινότητα κατὰ μέθοδον vocat Hermog. de form. T. III. p. 380. VV. et Lysias ἀριστεῖς τῷ λαληθέντι τὴν δεινότητα audit ap. Dion. Chrysost. or. 18. T. I. p. 479. R. Dionys. Lys. 8. 10. de Dem. dic. vi §. 2. 13. Quintil. IX. 4, 17. Plut. de garrul. 5. Hermog. de form. T. III. p. 382. VV. Max. Planud. T. V. p. 446. 545. VV., Joann. Sicil. T. VI. p. 460. 474. VV. Gregor. Naz. ep. 121..

<sup>5)</sup> Dion. Isae. §. 3. 16.

*πρέπον*) adhibet Lysias<sup>1)</sup>). Secundum partes quoque oratio est diversa, ab initio enim constans et morata (*χαθεστηκία* καὶ ἡθική), in narratione persuasoria neque exquisita (*ἀπεργίεος*), demonstratione rotunda, numerosa atque argute brevis (*στρογγύλη* καὶ πυκνή. cf. Cic. Brut. 9.), peroratione gravis et vera (*σεμνὴ* καὶ ἀληθινή), in fine dissoluta et concisa (*διαλελυμένη* καὶ σύντομος).

Pulcherrima et quae posteriorum nemo superavit virtus stili Lysiaci est gratia (*χάρις, εὐστοιχία*), rebus ex omnibus efflorescens, maxime admirabilis, quae verbis exprimi nequit, quae in corpore ὥρα, in arte musica τὸ εὐάρμοστον, in temporum symmetria τάξις et τὸ εὐρυθμον nominatur<sup>2)</sup>; quae-nam vero haec sit, mente quidem, non dicendo percipi potest. Quare Dionysius uti musici discipulos, qui harmonias cupiunt audire, ne minimam quidem ignorare dissonantiam adsuescere jubeant, ita quicunque gratiam Lysiae intelligere studeant ut continua lectione illum sensum quo venustum ac pulchram percipiatur, suadet exerceat. Mirum in modum haec venustas a veteribus laudatur; ad eam pulchram illam dictionis Lysiaca descriptionem quam Dionysius in libello de Demosth. dic. vi §. 2. deliceavit, retalerim, qua elocutionem Thucydidcam cum imo, Lysiacam cum summo sono ex octo vocum serie comparat; sicut illa animom percellit, ita haec demulcit. Venustissimus Lysias scriptor vocatur a Cicerone et Dionysio<sup>3)</sup>; quinetiam Dionysius affirmit ad unicam hanc virtutem tanquam iudicium ultimum si de orationum genuitate disceptetur confugiendum esse; orationem dictionis gratia exornatam veram esse habendam neque ulterius quidquam considerandum; orationem vero suavitate destitutam spuriam esse putandam neque sesum violenter in aliam opinionem redigendum (Lys. §. II. Dio. §. 7.). Cum permulta sint in scriptoribus Graecis quae Graeci melius quam nos sentire possent, non immerito Dionysius hanc legem sibi imposuit; ut nos vero ea cautius utamur

<sup>1)</sup> Dion. Lys. §. 9. 13. de Dem. dic. vi §. 13. Photius: τὸ εὐπάσητῇ περισσῷ τῶν καλῶν εὐάρμοστον.

<sup>2)</sup> Dion. Lys. §. 10. 11. 13. Longin. de subl. 34. 2.

<sup>3)</sup> Cic. or. 9. Dionysius: οὐδεὶς χαριότερος Λυσίου. cf. de Isae. §. 3. 18. 20. de Dem. dic. vi §. 13. vett. script. cens. V. 1. de Isocr. §. 11. Vit. Isocr. p. 46. in Paneg. ed. Baiter. Quint. IX. 4. 17. XII. 10. 24. Καὶ σόκαι, inquit Plutarchus de garrul. 5., τὴν Λυσίου πειθώ καὶ χάριν· τακτίον γὰρ Μγώ φαμι ιοπλοχάμων μοισαῖ εὐ λαχεῖν.

Photius monet: οὐ παντὸς ἔστιν Αὐγίου χάλκος εἰσθάνεται. Cicero (Brut. 16.) hac potissimum virtute Lysiam similem esse contendit Catoni; quae sententia quatenus vera sit, nos dijudicare nequimus, quam eandem Plutarchus (Cat. 7.) acerbe reprehendit.

Absoluto de dictione Lysiaca sermone jam quaerimus quomodo in rerum tractatione versatus sit Lysias. Argumenta rebus ipsis inhaerentia invenit; nihil ex quo oriatur fides negligit, neque personas, neque res neque ipsa facta neque eorum causam rationemque neque loca neque ullum disserim, ne minimum quidem (Dion. Lys. §. 15.); et quia non nude res esarrat, sed rationem etiam qua factae sint exponit, gravis est (Phot.). In primis inventionis gravitatem testatur eae orationes in quibus nulli producuntur testes et illae quae de rebus rarissimis compositae sunt, ubi plurima et optima argumenta affert. Attamen negari nequit, Lysiam nonnunquam in rerum rationes altius descendisse (Phot.). Ordine rerum simplici atque semper constanti usus est, neque enim introductionibus (*προχατασχεναις*) nec recitationibus (*ἐφόδοις*) nec partitionibus (*μερισμοῖς*) nec variis figuris neque aliis hujusmodi artibus minime commendandis utitur, sed simplex quodammodo est neque artis legibus obstrictus; sed in inventorum dispositione eum minus exquisitum eundemque necessaria membrorum consequentia saepius destitutum vituperant Dionysius et Caecilius<sup>1</sup>). Ex controversiarum generibus eloquentia Lysiæ apta est judicialibus, parva enim, difficultia et insolita pulchre explicat; gravia vero et magna et facilia expedire nou illins est<sup>2</sup>). Maxime in exordiis orationum excellit et praecepta artis et tempora bene observat. Alio enim exordio se ipsum laudat, alio adversariorum partes impugnat; alio eamonnias iu se prolatas refellit; alio judices ut sibi reddat benevolos laudat; alio suam imbecillitatem adversariique potentiam extollit; alio rem omnibus auditoribus graveam declarat. Haec omnia autem breviter et simpliciter sententiis opportuosis exornat. In propositione (*προθέσει* cf. Voss. iust. rhet. p. 366) sequente iis quae dicentur propositis atque auditoribus redditis docilibus narrationem aggreditur. Nonnunquam exordiis omissionis ab initio narrationem proponit neque vero hic languet,

<sup>1)</sup> Dion. Lys. 15, Isae. 3, Isocr. 4. 12. Dinarch. 5. Rhetor. X. 6. Caecili. sp. Phot. cf. Anon. vit. Isae. p. XVI. Schoem.

<sup>2)</sup> Dion. Lys. 5. 14. 16. Isocr. 3. C. c. de opt. gen. or. 3. Longin. de subl. 35, 1. Theon. II, 26.

sed in exordiis facultas elucet. Quamquam enim in auctoribus forensibus nonnullae erant voces quasi legitimas dieindeque formulæ solemniores et Lysias plus CC orat. scripsisse dicitur, tamen eum nullam inepte vel iisdem sententis incepisse, eomque in hoc genere vel primum vel nemine inferiorem esse Dionysius testatur. Quod autem oratoribus nonnunquam similia fuerunt proœmia, ejus rei exempla attulerunt Spengelius et Meierus<sup>1)</sup>, illorum auctoritati non officit. Narrationes Lysiae perspicuam rerum expositionem accruratamque ex orationis tenacitate exortam habent; quibus tantopere excellit, ut hujus partis norma omnibusque oratoribus multo superior dicatur<sup>2)</sup>. Breves sunt narrationes, perspicuae, suaves, persuasoriae, fidem ostentant<sup>3)</sup>, ut Dionysius praecepsa quae de rerum narratione tradita essent, ex Lysiae praesertim scriptis exhausta esse in opinionem adduceretur<sup>4)</sup>. Inventioni argumenta<sup>5)</sup> quae Lysias adhibuit paria sunt; pleraque enim aptissime ex rebus ipsis petuntur, verisimilia optime conjiciuntur atque accuratissime exempla distinguuntur et ea quae rem sunt secuta pro argumentis adhibeuntur (Dion. Lys. 19), aliae rationes ex animi affectibus (*τοῖς ηὐθεσὶ*)<sup>6)</sup> desumptae probantur moribus ex priore vita explicatis. Si vero ex rebus argumenta non eligit, tum ipse mores fugit et personae ut fide dignae babeantur verbis efficit rationes urbanas iis suppeditans et affectus moderatos et verba idonea. In affectibus gravioribus (*πάθεσι*) mollior est, *πάθος* enim *ὑψούς μετέχει τοσοῦτον*, *όσον ηθος ηδονῆς* (Longin. 29, 2.), neque amplificationibus (au-

<sup>1)</sup> Spengel. curay. p. 106. Meier. ind. lectt. un. Hal. 1832. p. 4. sqq.

<sup>2)</sup> cf. Dion. Lys. 18. vett. script. cens. V, 1. Apsin. de proœm. T. IX. p. 494. VV.

<sup>3)</sup> πιθανότης cf. Hermog. de form. T. III. p. 380. W. Anon. vit. Isae. p. XVI.

<sup>4)</sup> cf. Arist. rhet. III, 16. rhet. ad Alex. c. 30. Dion. rhet. X, 14. Cic. rhet. I, 20. de orat. II, 80. de inv. I, 20. sqq. Rhetor. ad Herenn. I, 9. Quint. IV, 2, 31 — 60. Theon. IV, 6. Anon. de rhet. in Fischeri rhetor. p. 195. Aphthon. progymn. c. 2. Anon. de Aphth. prog. T. I. p. 128. VV. Doxop. homil. in Aphth. T. II. p. 238. VV. Voss. inst. rhet. III, 3. VI, 5. Spengel. p. 158. 168.

<sup>5)</sup> cf. Voss. inst. orator. I, 2. 12.

<sup>6)</sup> quare Lysias *ηθικώτερος* vocatur cf. Dion. Isae. 3. de Dem. dic. vi §. 2. 13. Hermog. de form. II, c. 6. Longin. de subl. 34, 2. Anon. vit. Isae. p. XVI. Schoem. Sopat. ad Hermog. ari. T. V. p. 46. VV. Joann. Sicil. Schol. ad Herm. T. VI. p. 415. 465. VV; cf. Voss. inst. rhet. II, 14.

*ξήσσα),* seques exaggerationibus (*δεινώσος*) neque commis-  
rationibus neque aliis hujosmodi juste sit utique in hoc ge-  
nere omnino imitandus est. Hoc Dionysii judicium, quod verbis  
Hermogenis (de form. T. III. p. 381. W.) minimam esse  
*Lysiae γαργότητα* (cf. Dion. de Dem. dic. vi §. 13.), confir-  
matur, ex natura eloquentiae gracilis ipsa desuntum esse vi-  
detur; eo admirabilius est Photii judicium, illos qui con-  
tendissent Lysiam bene quidem euarrare, sed amplificationibus  
carere, prorsus veritate esse destitutos; hujus rei testem esse  
orationem adversus Mnesiptolemom. Quatenus in hac oratione  
illud sit probatum a nobis judicari nequit; quod vero ad oratio-  
nes quae supersunt attinet, Dionysii sententia vera stat. In  
epilogis quoque ea quae exposuit moderate quidem et venuste  
repetit; quas vero affectus movent, ut adhortationes, misera-  
tiones, precationes, non tantopere debebat negligere (cf. Dion.  
de Dem. dio. vi §. 13.).

Hic est stilus Lysiae ex veterum iudicio, ad quod con-  
firmandum et Dionysios (§. 20 — 27.) et Photius orationem  
adversus Diogitonem tractant. Quanta autem fuerit Lysiae apud  
veteres gloria ex hisce de ejus dicendi genere testimonius satis  
elacet; neque rhetores solum Graeci laudibus summis eum rever-  
bunt, sed ex historicis quoque scriptoribus posteriorum temporum  
Syncellus (chron. p. 253. D. s. p. 482. ed. Bonn.) eum  
praedicat. Inter Romanos Cicero et Quintilianus eum quam  
eximia laude ornaverint vidimus iisque addas auct. dial. de  
orat. 12. 25.

Orationum quae supersunt pleraeque iudiciales (*δικαινικοὶ λόγοι*) sunt, quas Dionysius Lys. §. 3. 16. commemorat; δη-  
μηγορία autem laudantur a Plutarcho, Photio, Suida; ex quibus  
συμβουλευτικοὶ λόγοι (Dion. Lys. 16.) ea gravitate qua  
*δικαινικοὶ* exornati sunt destituti erant atque quia praeterea  
ornatu carebant (Dion. Lys. 3.) levissimae Lysiae orationes  
fuisse videntur. Λόγους deinde ἐπιδεικτικοὺς commemorat  
Dionysius (Lys. §. 28.) in iisque Lysiam esse molliorem con-  
tendit; ex his etiam λόγους πανηγυρικοὺς laudat, in quibus  
mollior quidem Lysias erat, sed poeticam quandam fa-  
cultatem ostentabat (Lys. §. 3. 16.); colorem vero panegy-  
ricum merum non servabat, sed ex genere judiciali vel consiliario  
aliquid depromebat (cf. Hermog. de form. T. III. p. 395.  
W.), ex hisce autem una oratio, λόγος Ὀλυμπιακὸς, multa  
nobis est servata. Plures orationes funebres Lysiam scripsisse  
Plutarchus, Photius, Suidas testantur, atque, ut videtur, Dio-  
nysius (rhet. VI, I.) hisce verbis: ἐπιταφιον . . . Λυσίας

τα καὶ Χαροίδης καὶ Δημοσθένης καὶ Νεαπόλιτης πολλὰς ἡμέν τοιαύτας ἴδεις παρέσχοντο et Schol. Arist. p. 339: Δημοσθένης καὶ Λυσίας ἐν ἐπιταφίοις; Theonī vero nella nisi una oratio funebris nota erat, τοὺς Λυσίου ἐπιτάφιον citat I, 18, cui sententiae non obstant verba II, 12, ἔχομεν Πλατωνίους καὶ Θουκυδίδους καὶ Λυσίου τοὺς ἐπιταφίους. Sed non est car negemus plures orationes funebres composuisse Lysiam; unus servatus esse putatur Ἐπιτάφιος Κορινθίων βοηθοῖς; omnes vero exortationes suis apparebant ex Lysiae ἴστοτελείας statu (cf. Meier. ind. schol. un. Hal. a. 1837. p. XIII.). Ἔγκώμια Lysiae landantur a Plutarcho, Photio, Suida; ex quo genere oratio πρὸς Αἰσχίνην τὸν Σωκρατικὸν περὶ συκοφαντίας suisse videtur. Βιαιῶν λόγος Lysiae memorantur ab Harpocratis (v. Βιαιῶν, ὅνομα δικῆς κατὰ τῶν βίᾳ πραττόντων ὄτιαν) atque ex eodem genere or. in Philonidem; de λόγοις βιαιῶν cf. Meier. Process. p. 544. Boeckh. O. c. I, 405. Idem, certe quidem similimi sunt λόγοι ὑβρίσεως, ex quibus Demosthenes in orat. aīv. Midiam multa summisse dicitur a Theone I, 18. De quibus cf. Meier Proc. p. 319. Ind. lectt. un. Hal. 1832. p. 6. Αόγους τῆς ἀσεβείας citat Harp. v. σηκός; ex hoc genere sunt or. de alieno, in Andocidem. cf. Meier. Proc. p. 300. Αόγος περὶ αὐμβολαίων (de pactionibus) landantur ab Athenaeo (XIII. p. 611. E.) qui iis annumerat or. adv. Aeschin. Socrat. de aere alieno. cf. Meier. Proc. p. 493. Ἐπιτροπικῶν λόγων qualis est or. adv. Diogenem, Dionysius Hal. (Lys. §. 20.) mentionem facit; δραματικοὶ vocantur ab eodem (§. 21.) et Clem. Alex. strom. VI. p. 226. Sylb. et Suid. vv. φάσις, ἔγγειον. cf. Meier. Proc. p. 443. Denique λόγων ἐρωτικῶν, quos Lysiam μετὰ παιδιᾶς scripsisse Dionysius (Lys. §. 3.) dicit, nūm esse servatum in Platonis Phaedro Spengelius probavit.

Inter veteres orationes 425 Lysiaceae circumferebantur, quarum ex Dionysii et Caecilii iudiciis (ap. Plut. p. 323.) 230, secundum Photium 233 genuas erant. Dionysius (Lys. §. 17.) haud accurate tradit Lysiam non minus quam 200 oratt. judiciales scripsisse; eodemque modo Suidas et Eudocia plus quam τ', quod mendum in σ' correxit Meursius (lectt. Att. III, 8. p. 780.), esse genuas. In codice Parisiensi a. 2991. A. (citato a Boissou. ad Ennap. I. p. 134.) legitur: ἔγραψε ὁ Λυσίας λόγους ↗, quod sicuti alia quae de ceterorum orationibus habet, vix memoratu dignum est; neque scio quid sibi velint, quae Manuel Moschopulus (opusc. gramm. p. 60. ed.

Titz.) exhibit, Lysiam scripsisse λόγων 4, ubi extorem typographicum extare apparet (sort. 7?); sed quae ille auctor de numero orat. ceterorum oratorum habet, mirum in modum ab aliis omnibus veterum testimoniis disrepant; v. c. Dinaribus quem etiam si falso adscriptae orat. numerarentur, ad summum 160 scripsisse scimus, ab illo uero composuisse fertur. Etiam Cicero (de orat. II, 22. Brut. 16.) dicit, Lysiam plurimas orationes conscripsisse. Pleraque nobis temporum invidia creptae sunt; XXXIV supersunt atque ex multis per pauca fragmenta.

Apud veteres summa auctoritate Lysias floruit; bis tantum victus esse traditur (Phot.), ipse quidem in causis forensibus non versatus, sed subtilis scriptor et elegans (Cic. Brut. 9.) paucissimas orationes ipse in contione, fortasse unam in Eratosthenem dixit, sed privatas ille plerasque et eas ipse aliis scripsit (Plot., Phot., Cic. de opt. gen. or. 3. Quint. IX, 4, 17.). Argenti enim pretio jam Autipho orationes composuit; ex quo tempore ii qui hoc munere fungebantur, λογογράφοι vocabantur (cf. Heind. ad Plat. Phaedr. p. 257. c. Schoemann. Proc. p. 707. Bachmann. Anecd. I, p. 292, 2.). Scholas quoque habuit et rhetorican docuit, brevi vero hoc munus videtur reliquisse (cf. Aristot. ap. Cic. in Brut. 12.). Etiam τέχνας ὁγηρικας eum scripsisse Plutarchus, Suidas, Eudocia testantur et Cresollins, Vossius, Fabricius, Taylorus statuerunt. Dionysius quidem ad Amm. §. 2. ioter τέχνας non citat Lysiacam et dicit (de Lys. §. 18): οἷομαι καὶ τὰς τέχνας τῶν λόγων ἐν αἷς εἰσηται περὶ δημητρίου ἀξιολογου οὐκ ἐξ ἄλλων τινῶν μᾶλλον ἢ τῶν ἀπὸ Λυσίου γραφειοῦν εἰληφέναι τὰ παραγγέλματα τε καὶ ἀφορμας, hisque verbis τέχνας Isocratis, Aristotelis, Theophrasti, Theodectis significasse Spengelio videtur. Qua ex causa Lysiam artem reliquisse Spengelius (p. 135. sq.) negat. „Dionysio, ait, si Lysiae τέχνη δητ. iunotnit, quidni potius ex hujus ipsius legibus examinavit orationes? recentiores Lysiae artem babuerunt partem pro toto comprehendentes; illae erant παρασκεναὶ quas significat Marcellius. in Hermog. p. 142. Ald. [T. IV. p. 352. W.], orati. περὶ ἀμβλώσεως, περὶ ἀνακαλυπτησιῶν, ἡ Νικίου ἀπολογία, fragm. ap. Gregor. Cor. p. 4.” Sed hoc Viro Doctissimo non coucesserim. Dionysio quidem Lysiae τέχνη incognita esse videtur; sed a veritate non abhorre videtur, illam tum temporis jam interissimo et Dionysium illas solas artes quas perlegarat, laudare. Certissimum autem est Plutarchi et Suidae

testimonium obsque orationes, tales enim erant illae exercitationes, cum arte confusso non credidetur.

Ex Lysiae discipulis unus insignis est Isaicus (cf. Plut. Is., Phot. cod. 263. p. 490. a.), qui Isocrati idem praceptoris se dedit. Lysiam maxime imitatus est et Dionysio videtur in tenui illo dicendi genere tam prope a Lysia abesse, ut nisi quis utriusque oratoris peritissimus sit eorum orationes vix distinguere possit; eo accedit, quod titulis fallunt (*παραχρονιστας*. — cf. Anou. vit. Isae. p. XV. Schoem.). Afferat tamen alias rationes quibus arbitratur, Isaenum quidem a Lysia relictum esse, quod Lysias videatur naturam magis sequi, Isaicus autem artem et ille ad gratiam et venustatem, hic ad gravitatem quasi scopum colligit (cf. Liebmann. de Is. p. 8. Spengel. p. 181.); Lysiam vero ab Isaeo superatum esse, quod ab hoo rerum et argumentorum divisio et pertractatio sapientius quam a Lysia sit instituta (cf. Liebmann. p. 15.) atque majore δειγότητι summaque γοργότητι illum elucere addit Hermogenes (de form. T. III. p. 381. W.), quas Demosthenes virtutes est secutus. Ut illa discrimina magis apparent, Dionysius comparat Lysiae orationes cum picturis antiquis, quae lineis tantum quam artificiosissime et accuratissime descriptae coloribus mixtis variisque careant, Isaei vero cum picturis omni cura et diligentia conlectis in quibus et colorum varietas et lumina et umbra summa cum arte concocta sint (cf. Liebmann. p. 15.).

Alter Isaei praceptor Isocrates tertium eloquentiae genus, τὸ μέσον, condidit. Quod qui coluerunt, a Lysiae dicendi modo longe absunt (cf. Quint. XII, 10, 22.). Isocratis non minus pura est dictio quam Lysiae, alias vero a Lysiaca aliena est; dispositio rerum melior est, sed nimis nomeris servit; naturalis est in Lysiaca dictione suavitas, affectata in Isocrate. — Charisius. (cf. Ruhkeu. ad Rotil. Lup. I, 10. hist. cr. p. 92.) qui multas orationes aliis conscripsit, capere videbatur Lysiam; cuius concisam fuisse dictionem ex fragmento ap. Rot. Lup. l. l. appareat. — Lycurgus veri studiosus et in accusatione est totus; sed dictione neque urbanus nec festivos, sed acerbis est atque ambages sectatur. — Hyperides ex veterum testimonii puritate et venustate insignis est et quamvis simplex esse videtur, gravitate tamen non caret; etiam ἡθικωτερος, ut Lysias vocatur; sed ex altera parte verborum constructione superior est Lysia, ex altera vero inferior gravitate, delectu verborum aliquae nonnquam nimia scribendo morositate ac tumidiore duroque sermone. De-

mosthenes omnibus numeris Lysiam, longe superavit; nam in orationibus privatis, quae solae hic comparari possunt, Lysiaca virtutibus oratorii magoam gravitatem viresque nervosas adjunxit (cf. Dion. de Dem. dic. vi §. 11 — 13.). — Aeschinis dictio vi, ubertate, vehementia nota quam longissime a Lysiaca abest neque cum ea comparauda est (cf. Theou. II, 26.). — Diuarchus in nonnullis orationibus Lysiam imitatus esse dicitur; illius autem venustate, persuadeudi vi, verborum simplicitate et sinceritate est destitutus; praecipue autem cum Hyperidem tum Demosthenem imitandos sibi proposuit. — Inter floridi generis a Demetrio Phalereo exculti oratores Hegersias Magues (cf. Rubnken. ad Rotil. I, 7. Boeckh. ind. lect. un. Berol. 182<sup>2</sup>. p. 4. sqq. Berbardi Synt. Gr. p. 30.) et Lysiam et Charismum voluisse imitari traditur (Cic. or. 67. Brut. 83. Rotil. II, 10.), sed saltavit iucdens particulas nec minus peccavit sententiis quam verbis, nimis artificiosus (Rotil. I, 7. Dionys. de compos. verb. p. 122. R.) fractumque dicendi genus amans, neque vitius illius temporis oratorii liber erat, nam ejus ἔμμετρον et ἐνθυμητὸν λέξιν perstringit Theo II, 21.

## Pars III.

### De orationibus Lysiae quae supersunt.

#### I. Υπὲρ τοῦ Ἐρατοσθένους φόνου ἀπολογία.

Landant ex hac oratione Demetrius de eloent. §. 190: Ἐπὶ δὲ τοῦ ἰσχνοῦ χαρακτῆρος ἔχομεν ἀν καὶ πράγματα ἴσως τινὰ μικρὰ καὶ τῷ χαρακτῆρι πρόσφορα, οἷον τὸ παρὰ Λυσία: „οἰκιδιόν ἐστι μοι διπλοῦ ἵσα ἔχον τὰ ἄνω τοῖς κατώ” (§. 9.); Harpocr. v. μέταυλος, Λυσίας ἐν τῇ ὑπὲρ τοῦ Ἐρατ. φόνου ἀπολ. (§. 17.); Suid. v. Θηλάξειν· ἐνεργητικῶς ἡμεῖς ἀντιλαμβανόμεθα τοῦ ἁρμάτος, ἐπὶ τῶν παιδίων τῶν θηλαξόντων, Λυσίας δὲ παθητικῶς κέρχονται ἐπὶ γυναικὸς παρεχούσης γάλα, Zonar. v. Θηλάξειν eadem (§. 9.); Bekk. Ap. p. 169, 30: προστιθῶ: αἰτιατικῇ, ἀντὶ τοῦ κλείω. 1. ἐν τῇ ὑπὲρ τοῦ Ἐ. φ. ἀπολ.· καὶ ἐξιοῦσα προστιθησι τὴν θύραν (ἀπιοῦσα etc. §. 13.); eadem p. 176, 25: ὑβριζω· αἰτιατικῇ συντάσσεται μετὰ τῆς εἰς προθέσεως. Ἐκ τοῦ κατὰ Μειδίου κ. τ. λ. καὶ Λυσίας ἐν τῇ ἀπολ. ὑπὲρ τοῦ Ἐρατ. φόνου· ὁ γάρ ἀνήρ ὁ ὑβριζων εἰς σὲ καὶ τὴν γυναικα (§. 16.); Joana. Sicil. schol. ad Hermog. form. T. VI. 458. W.: δείκνυστε δὲ τοῦτο [dictionem simplicem, teouem etc.] σαφῶς ὁ κατὰ Ἀριστογείτονος λόγος κακῆς ἐπιτροπῆς, καὶ ἡ Ἐρατοσθένους φόνου ἀπολογία.

87

Eophileas (§. 16.) qui hanc orationem habuit, cum con-  
juge sua tranquillam vitam agebat; post matrem vero suam  
mortuam, cuius filius ex eis exercepsit ab Eratosthenes  
visa erat, mala sunt insecta. Eratosthenes enim ancilla suo  
corrupta feminae gratiam sibi comparavit atque clausulum cum  
illa consuecebat. Aliquamdiu vobis suspicabatur Euphiletus.  
Tum vero, flagitio per feminam quacum antea Eratosthenes  
habuerat consuetudinem, ei indicato, ancillae minis personam  
ut omnia enarraret paulloque post Eratosthenem adesse deser-  
ret. Quo nuncio allato Euphiletus cum amicis quos hic il-  
linc arcessiverat in gynaecium irripit atque Eratosthenem in  
ipso scelere moechum deprehendit. Homo scelus confessus,  
ut se non necare, sed pecuniam acciperet (cf. Meier. Proc.  
p. 328.) oravit; Euphiletus vero ejus vitae non pepercit.  
Quam ob rem iustum ab illius cognatis in judicium delatus hac  
oratione se defendit, is qua enarrata historia leges, secundum  
quas sanctus suum iustum sit enumerat. De actione cf. Mat-  
thiae. Misc. Phil. p. 151. Meier. de bon. damn. p. 20,  
Proc. p. 307 sqq., Hesler. Gerichtsverf. p. 137, Schoemann.  
Proc. p. 143, Wachsmuth. ant. Gr. II, 1, 268. In Delphi-  
nio res dijudicata est ab Heliastis (neque, ut vult Taylorus  
lect. Lys. cap. 1. p. 676. R., ab ἑρεταις, νανῳ ἀνδρες  
§. 1, 3, 4, 6, 11, 15, 25, 27, 29, 30, 31, 34, 37, 39,  
40, 41, 43, 47; *Ἀθηναῖοι* §. 7. cf. Boeckh. ind. lect.  
**182<sup>o</sup>**. p. 5. not. 3.) Rego praeside; ἄγων ἀτίμητος erat  
(§. 50.). Iosignis est haec oratio legibus quas profert de  
moechorum poenis; sed nostris temporibus propter illa potius  
quae de Areopagitarum jurisdictione habet §. 30. innotuit.  
Quae vero cum ad ipsam hauc orationem non spectent, nullaque  
inde necessitate meo judicio subjiciendi ea sim coactus,  
de quibus doctissimi viri (quorum scripta v. ap. Hermann.  
ant. Gr. p. 235. not. 8.) inter se dissentiant, extra ordinem  
temere hoc traham tractemque me adduci non patiar. Quo  
denique tempore oratio sit habita, incertum est; Frauzius qui-  
dem (ed. Lys. p. 251.) Ol. 95, 4. statuit, sed nihil decerni  
potest.

---

## 2. Ἐπιτάφιος τοῖς Κορινθίων βοηθοῖς.

Ex hac oratione funebri verba quae §. 60. leguntur af-  
ferre videtur Aristoteles rhet. III. 10. p. 1411. A. 31. Bk.:  
καὶ οἶον ἐν τῷ ἐπιτάφιῳ, διότι ἄξιον ἦν, ἐπὶ τῷ τάφῳ

τῷ τῷν ἐν Σαλαμῖνι τελευτησάντων κείρασθαι τὴν Ἐλλάδα, ὡς συγκαταθαπτομένης τῇ ἀρετῇ αὐτῶν τῆς ἐλευθερίας· εἰ μὲν γὰρ εἴπεν ὅτι αξιού δακρύσσαι συγκαταθαπτομένης τῆς ἀρετῆς, μεταφορὰ καὶ πρὸ διμάστων, τὸ δὲ „τῇ ἀρετῇ τῆς ἐλευθερίας” ἀντιθεσίν τινα ἔχει. *Nomine autem Lysiae allato landant Haprosct. v. Γερανεῖα* (§. 49.): *Γερανία, Λυσίας ἐπιταφίῳ.* ἔστι δὲ ὄρος Μεγαρίδος, ὡς Διευχίδας, Schol. Aesch. c. Ctes. §. 211: *Oἱ Ἑλλῆνες ἐν ταῖς εὐπραγίαις τὴν κόμην ἔτρεψον, ἐν δὲ ταῖς δυστυχίαις καὶ τῷ πένθει ἐκείραντο κ. τ. λ. Λυσίας ἐν ἐπιταφίῳ τοῖς Κορινθίων βοηθοῖς „Ωστε ἄξιον ην ἐπὶ τῷδε τῷ τάφῳ τοτές κείρασθαι τῇ Ἐλλάδι καὶ στενθῆσαι τοὺς ἐνθάδε κειμένους”* (§. 60.); Bekker. *Anecd. p. 129, 20:* *Ἀποκειροματι.* οὐ μὲν χάριν, δοτικῇ, ἢ δὲ ὑλῇ, αἰτιατικῇ. *Λυσίας ἐν τῷ ἐπιταφίῳ.* ὥστε ἄξιον ην ἐν τῷδε τῷ τάφῳ ἀποκειροματι τῇ Ἐλλάδι; *eadem p. 129, 23:* *Ἄγαπῶ, δοτικῇ, Λυσίας ἐν τῷ ἐπιταφίῳ:* „ὅ γὰρ τῆς Ασίας βασιλεὺς οὐκ ἀγαπῶν τοῖς ὑπάρχοντιν ἀγαθοῖς” (§. 21.); Philemon. p. 226. Osann.: *Ἄγαπῶ, τὸ φιλω, αἰτιατικῇ συντάσσεται κ. τ. λ. ἀγαπῶ δὲ, τὸ ἀρκοῦμαι, δοτικῇ, ὡς παρὰ Λυσίᾳ.* „ὅ γὰρ τῆς Ασίας βασιλεὺς οὐκ ἀγαπῶν τοῖς ὑπάρχοντιν ἀγαθοῖς, ἀλλὰ ἐλπίζων τὴν Εὐρώπην δουλώσασθαι, ἔστειλε πεντήκοντα μυριάδας στρατιῶν”; Tzetzes ad Lycophr. 1332: *Λυσίας ὁ ὄχτωρ Αμαζόνας ποτας φησὶν αὐτὰς ἀπάντων ἀνθρώπων τολμῆσαι ἵππων ἐπιβῆναι* (§. 4.), idemque de Lysia dicit Tzetzes in Posthom. 14; Tzetz. denique Chil. II, 14: *inter illos qui Xerxis expeditionem descripsérunt, vocat Lysiam.*

Multa sane vides testimonia veterum, quibus haec oratio Lysiae tribuitur. Nibilominus inter recentiores extiterunt, qui aliam sententiam amplectentes a Lysia epitaphium abjudicarent, scilicet Valckenarius ad Her. VII, 139. 160. IX, 27. F. A. Wolfius iu Ephem. Erford. literar. a. 1782. p. 34., ad Dem. Lept. p. 499. fin., Reiskius ad epit. p. 64. (§. 9.), Smiterus lecti. And., Dobreus adversar. p. IV. Dobr., Clinto f. H. p. 269. Kr., G. Berndardi Synt. Gr. p. 22. 126. 310., Sauppius ad Lycurg. p. 144. aliisque locis; cum alii contra erationem genuinam esse defenderent, ut A. G. Beckerus (Demosthenes als Staatsmann u. Redner p. 466., zu Dem. Philipp. Rede p. XXXIV), Jo. Franzius (de Lys. p. 12. sq.), Kruegerus ad Clint. p. 105. et hist. phil. Studien p. 102., Spiegelius συναγ. p. 140., Westermaenius

quaest. Demosth. P. II. p. 32. sqq., alii (cf. Le Bean in Act. diurn. schol. 1833. No. 78.). In qua virorum doctorum dissensio valde doleo nondum prodiisse quam promisit Meierus (do bon. damn. p. 15. 21. 177.) Epitaphii editionem<sup>1)</sup>. Slauterius: „Orationem, inquit, funebrem licet constans veterum iudicium Lysiae tribuerit, multa tamen sunt quae mibi persuadent, non ipsum Lysiam esse auctorem. Est enim dicio magis ornata et inflatior etiam, quam pro illius aevi bujusque scriptoris simplicitate, plena quaesito ornatu. Antithetorum fastidiosam habet multitudinem et cumulationem totaque sophisticum quoddam spirat ingenium. Nos igitur hanc orationem Lysiae abjudicamus.” Hisce verbis ex intimo corde assentior, tota enim oratio inepita est, vocabula idem significativa sunt exaggerata, antitheses molestissimo artificiosoque modo cumulate, multa scholam vel sophisticam eruditivem redolentia. Kruegerus tenuem quidem esse orationem constitetur; Franzius vero et Westermannus ne tenuitatem quidem agnoscent et in memoriam nobis revocant, reliquarum orationum Lysiae argumenta alius esse generis, atque aliter enim dicere qui causam agat in iudicio, aliter qui ex auctoritate publica bello caesos eorum ipsorum parentibus, fratribus, filiis laudet. Concedo, sed legas, quaequo, lector benevole Epitaphium Thucydideum vel Isocratis Panegyricum, ubi tales inanum verborum turbas, ne imperito quidem oratore dignas, reperies? Sed ne in universum inania loqui videar, accenatus nonnulla ex oratione afferam. Neminem esse crediderim, quem exaggeratas mirum in modum particulae μὲν et δὲ non offendant. Scio quidem, partit. μὲν et δὲ in quoconque membro non semper sibi respondere; sed tanta earum tum exaggeratio tum responsionis peccuria quanta in Epitaphio occurrit a Lysiae certe sermones aliena est; v. c. cf. §. 4.: Ἄρεος μὲν — οἰκοῦσαι δὲ; μόναι μὲν, πρῶται δὲ, ἀπέλειπον δὲ, ἐνομίζοντο δὲ; §. 19: Θηρίων μὲν, ἀνθρώποις δὲ, νόμῳ μὲν, λόγῳ δὲ, ἔργῳ δὲ, νόμου μὲν, λόγου δὲ; §. 27: καταφρονήσας μὲν, ἐψευσμένος δὲ, ἀτιμαζόμενος δὲ, ἀχθόμενος δὲ, ὄργιζόμενος δὲ, ἀπαθῆς δὲ; §. 32: τούτῳ δὲ, τῷ δὲ, οἱ μὲν, οἱ δὲ, πυθόμενοι μὲν, ἀποροῦντες δὲ, εἰδότες δὲ, εἰ μὲν, εἰ δὲ, ἀμφότερα δὲ, δυοῖν δὲ; §. 37: πολλάκις μὲν,

<sup>1)</sup> Sed jam video Meierum in ind. schol. un. Hal. 1837. p. XII. a Lysia Epit. abjudicare. Num copiosa prodierit Epitaphii editio quam Boissonadio teste (Anecd. Gr. IV. p. 112.) Lebaeus doctus Francogallus parabat mihi ignotum est.

εἰκότως δὲ, εἰδότες μὲν, ὄρῶντες δὲ, ἐπιστάμενοι δὲ, τὴν δὲ, ιερῶν δὲ, ἀπάντων δὲ, ἀκούοντες δὲ, παρακελευσμοῦ δὲ; §. 59: ἐνίκησαν μὲν, ἐπλευσαν δὲ, δουλεύοντες δὲ, τύραννοι δὲ; §. 71: αὐτοὺς μὲν, χήρας δὲ, ὁρφάνους δὲ, ἔρημους δὲ, quibus exemplis etiam complura addi possunt. Particula δὲ membra conjungere solet orator, particulatas vero alias odisse fere videtur, affectati, ut mibi videtur, sermonis amans. Constructionem etiam ὑπὲρ μὲν τῶν — ὑπὲρ δὲ τῶν (§. 9.) scriptoribus simplicibus invisam indicare orationem spuriam docnit Bernhardy (Synt. p. 310.). Antitheses ubivis reperies, quas omnes enumerare longum est, cum tota fere oratio esset exscribenda, paucos tantum locos citabo, ubi potissimum sunt notabiles: §. 5: ἔργῳ μὲν et λόγῳ δὲ; §. 7: τοὺς κάτω et τοὺς ἄνω; §. 20.: μόνοι et ἀπασης et μυριάδας; §. 24: μιᾶ γνώμῃ πάντες, ψυχὰς ἀλλοτρίας et μνήμην ἴδιαν; §. 25: νομοὺς et κίνδυνον; §. 29: ἀκόντων et ἐκόντων; §. 32: τῶν μὲν δυτυχησάντων de Lacedaemoniis, τῶν δὲ κρατησάντων de Persis, tum oi μὲν de Persis (qui praesertim locus Sauppium quoque in anno. ad Lycorg. p. 144. offendit); §. 37: πόλις et χώρα; §. 40. τις θεῶν et τις ἀνθρώπων; §. 46: αὐτοὶ et quod antithesis caosa tantum additum esse elucet, Αθηναῖος; §. 50: ἀπόντων et ἐγγὺς δύντων; §. 51: ἐμπειρία et φύσει; §. 53: καλλίστου et αἰσχίστου; §. 61: καινοῖς et παλαιάν. Quomodo potuerit fieri, ut Mureto haec oratio pulcherrima et ornatissima Lysiae esse visa sit (cf. contrarium judicium Rammeri V. Cl. Hist. ant. II. 173. sq.), mea quidem mente non percipio; ingenti enim verborum rōmpa reserta est; vocabula quae idem significant frequentissime conjuncta ubique extant, veluti ut et hujus generis pauca afferant exempla, §. 9: πατρίον τιμῆς — ἡμαρτηκότες; §. 13: μετέγνωσαν — πρότερον; §. 14: οὐ προτέρας cf. §. 8; §. 25: ἀφειδήσαντες et φιλοψυχήσαντες; §. 27: ἀτιμαζόμενος et ἀχθόμενος; §. 29: ἀκόντων ὑπακούοντων et oi μὲν γάρ οὐχ ικανοὶ et δέος; tum χρημάτων et κέρδος; §. 51: ἐμπειρία et πολλαχοῦ; §. 54: λόγος et φήτωρ. Tum multa in hac oratione inveniuntur, quae acenratas membrorum orationis conjungendorum leges laedant, cuius rei nonnulla quoque memorare mihi liceat. Sic §. 3., quod τοὺς ὄντας in fine membra est positum quamvis a v. παιδεύοντες pendens, lectorem offendit, nam verbo παιδεύοντες idem objectum, quod verbis ὑμνοῦντας, λέγοντας, τιμῶντας, hac constructione attributum esse videatur; §. 25: τῶν βαρβάρων — χώρας, membra disjecta;

§. 32: qui λήψονται sunt Persae, qui ἀλώσονται Athenienses; §. 43: γυναικαὶ — ἐπεδείξαντο, quae sententia ante δικαιῶς velim sit posita; §. 45: ἔχεινοις ad v. βαροθάρων quod praecedit, τούτους vero ad v. Ἐλλήνων quod longius abest, referendum est; §. 48: ἀπαντες, ἔκαστοι, Αθηναῖοις, ἐλάμβανον, ubi cf. ann. Intpp.; §. 51 et 52: oī γεραιτέροις καὶ oī τῆς ἡλικίας ἐντὸς γεγονότες κ. τ. λ. αὐτοὶ μόνοι, tūm ἀπαντήσαντες αὐτοὶ; dein μαχόμενοι τοῖς ἥδη ἀπεργήσοι καὶ τοῖς οὖπω δυναμένοις, denique vero iterum oī μὲν οὐκέτι κ. τ. λ. — Quam lata sit oratio, jam ex iis quae de vacibus ejusdem significatiois cumulatis attuli, appareat; aliis vero multis locis, ubi istud quidem vitium evitatum est, in longum et aridum campum sermo diffunditur; videsis §. 4. descriptionem Amazonum; §. 12: καὶ ἡξίον etc., tom §. 13: ἀγαθὸν μὲν etc. et §. 14: τοσοῦτον κινδυνον usque ad finem paragraphi; quid deoique descriptio calamitatum Herculis (§. 16.) hoc loco sibi volt? Hasce nugas Lysiam scripsisse non crediderim; sed alia quoque sunt, quae me quidem magnopere offendunt, v. c. cur §. 11: βωμῶν numerus pluralis positus sit? Deinde quam affectate § 15: ἔχεινοις τοῖς αὐτῶν κινδύνοις ἐστεφάνωσαν. §. 16: φιλόνεικον καὶ φιλότιμον αὐτῷ καταστήσας τὸν βίον, nescio num hoc jure possit dici? §. 21: στασιαζούσης dictum est pro ἀπορούσῃς; §. 26: τὸν κινδυνον ἐποιήσαντο, quae verba cum sequentibus non quadrant; § 32: ἀπορεῖν c. Dat. rarissima est constructio; §. 35: ναυμαχεῖν ὑπὲρ τῆς φιλότητος' pūtido studio dictum est; §. 37: ἐδεξιώσαντο ei σφᾶς αὐτοὺς ὠλοφύραντο medio in proelio! Sed haec bacrenos. Lysiam orationem tot tautisque stili erroribus refertam scripsisse credamus, Lysiam qui ex Dionysii Hal. testimonio in genere ἐπιδεικτικῶ erat μεγαλοπρεπῆς? Evidem non crediderim. Jam enim haecce omnia hominēm eloquentiae imperitum illam composuisse indicant; sed ne ex dictione sola argumenta sumam, alia etiam addam: §. 5., ubi de victoria de Amazonibus reportata fabulator, omnem gloriam quam Atheniensibus se adtribuere opinatur, ipse extenuat verbis ex antithesium studio additis: τυχοῦσαι δ' ἀγαθῶν ἀνδρῶν ὄμοιας ἐκτῆσαντο τὰς ψυχὰς τῇ φύσει καὶ ἐναντίαν τὴν δόξαν τῆς προτέρας λαβοῦσαι μᾶλλον ἐκ τῶν κινδύνων ἡ ἐκ των σωμάτων ἐδόξαν εἶναι γυναικες; §. 15: Eurystheum falso ἴκετεύοντα vocat; §. 21: ἐστειλε πεντήκοντα μυριάδας auctor non ad Xerxem refert, sed ad Darium et rugnam Marathoniam; §. 44: Peloponnesios consilium murum per Istbnum exstruendi post rugnam Salaminiam ante

proelium Plataeense agitasse falso narrat. Nescio igitur num audacter agam hunc epitaphium a Lysia abjudicauis. Recete quidem Joaunes Siciliota (schol. Herm. ad form. T. VI., p. 292. W.) eum Demosthenico affirmat multo esse superiorem, sed Lysia eum esse indignum contra omnia veterum testimonia crediderim. Fortasse suspiceris, Aristotelem non hunc epitaphium significare, quod de viris in proelio Salaminio caesis loquatur; sed quia articulum τῷ addidit eaque ipsa verba laudant ex Lysiae epit. Schol. Aesch. et Aneid. Bekk. l. l. Aristotelem memoriter citasse, Westermannou coucedam. Sed hoc parom refert. Erant qui conclamarent, Isocratem in Panegyricum suum ex Lysiae Epitaphio et Gorgiae Olympiaco (cf. Spengel, *συναγ.* p. 66. Foss. de Gorg. p. 63.) multa esse suratum (cf. Plat. vit. Isoer., Pbilostr. vit. soph. I. 17. Theon. I. 18.), contra quam accusationem Isocratem recte defendit Photius (bibl. cod. 260.). Evidem potius crediderim, auctorem epitaphii nostri multa ex Isoer. Panegyr. in usum suum convertisse (cf. Pfund. de Isoer. p. 19. Saupp. in Actt. Antiq. Darmstad. 1835. p. 405.). In singulis quidem vocabulis hoc illustrare est difficultissimum; si vero fabulas mythicas respicimus, ab Isocrate breviore et accuratiore narratione tractatas eas esse videmus, ut auctor epitaphii ex Isocratis schola produisse simile philosophicos mores ostentare mihi videatur; veluti ea quae §. 9. leguntur, ὑπὲρ μὲν τῶν, ἵνα μητέ π. τ. λ. philosophicam umbram redolent; tum verba §. 10., quibus οἱ νεκροὶ vocantur ἄθλα; §. 14: ὑπὲρ τούτων ἀμφοτέρων ἀποθνήσκειν, mors pro libertate et justitia, duabus notionibus abstractis, vulgare dictum philosophicum; §. 15: ψυχὰς ἐλευθεροῦν opp. vv. σώματα εἰς ἀδειαν καταστῆσαι; omnino vocis ψυχὴ amauissimus est scriptor variisque significationibus ea utitur. Isocratis autem eum discipulum vel imitatorem esse apparet enim ex studio antithesim, quas ipsas rudiis adhibuit (cf. etiam Bernhardy Syot. Gr. p. 310.), et ex imitatione in historia tractanda, ubi latior est Isocrate (cf. §§. 5, 31, 38.), tom ex nonnullis locis, quibus eloquentiam simili modo quo Isocrates laudat, cf. §. 19. fin.. ubi λόγον praedicat; §. 42. ἵκανωτατον εἰπεῖν; §. 53: πάλιν ἐπαιδεύοντο. His argumentis id fortasse addere licet, quod apud Aristotelem loco laudato proxime antecedit: καὶ Ἰσοκράτης πρὸς τοὺς συντρέχοντας ἐν ταῖς πανηγύρεσιν. Qnis vero epitaphii auctor sit, hauc quaestionem in dubio relinquam. Antiquus certe est epitaphius et antiquo, ut videtur, tempore Lysiae subditus; Aristotelisne jam aetate Lysiae adjudicatus fuerit, incertum est;

Aristoteles enim nomen auctoris non laudat. Inter legendum discrepantiam quandam duarum partium orationis repperisse mihi videor, alterius §. 1 — 60, alterius §. 61. ad fin.; mirum est, inde a §. 61. immodicum et particularum μὲν et δὲ et antithesum amorem cessisse; num ex hac differentia aliquid conjicere liceat, equidem non decernam.

Ceterum non perime duoviri, Schoenbornius (in comm. de Plat. Menex. et Lys. Epit.) et Le Beau (l. l.), quibus assentitur etiam Stallbaumius prolegg. ad Menex. p. 10., probare studuerunt, Platouem in Menexeno nostram orationem sinebrem impugnasse; sed si eandem rationem sequaris, quam illi secti sunt, pari modo Platonem Isocratis impugnare Panegyricum demonstrare possis; exceptis enim nonnullis in historiis enarratis inter Platonem et Pseudo-Lysiam dissimilitudinibus quae nihil fere probant omnia alia quae Schoenbornius sibi repperisse videtur discrimina speciosius quam verius sunt excoxitata (cf. Krueger. hist. phil. Studien p. 238. sqq.). In toto enim opere Platonicico nonspiam Lysiae mentio facta est; prooemium vero mirum in modum a Schoenbornio explanator (cf. Krueger. de Thucyd. vit. p. 37.). Sed ejusmodi omoia refellere longum est. Quod si vero Platonem respicere orationem aliquem putandum est, hunc esse Archinum Kruegero concedam. Ut de tempore deuique dicam, quo epitaphius habitus esse fингator, recte veterum jam unus de eo loquitur, Joannes Siciliota (schol. ad Hermog. t. VI. p. 233. W. ubi de Menexeno dicit: ἐν ὦ εἰσάγει (οἱ Πλάτων) τὸν Σωκράτην πρὸς Μενέξενον ἐπιτάφιον ἐκ προσώπου Ἀσπασίας τῶν ἐν Λεχαιῷ ἀποθανόντων Ἀθηναίων [Ol. 96; 3. a. 393. cf. Krueger. hist. phil. Studien p. 232.], βοηθούντων Κορινθίους, οὓς καὶ Λυσίας λόγοις (ne numero plurali offendaris) ἔτιμησεν· ἔστι δὲ τοῦτο λιμὴν Κορινθίων βόρειος καλούμενος. Idem statuerunt Kruegerus ad Clint. p. 105. ac Westermannus in quaestt. Dem. II. p. 33. et in hist. eloq. gr. Tempus ex §. 67. definiendum est. Fraenzios in ed. quidem Lys. p. 232. Diophanto arbente Ol. 96, 2. 395. orationem habitam esse statuit; in diss. vero de Lys. p. 12. dicit: Χρόνῳ δὲ ὑστερον γενομένον τοῦ ἐκ Κορινθου πολέμου, Ol. 96. Ἀριεῖοι τε καὶ Ἀθηναῖοι στρατηγοῦντος Ἰφικράτους ἐβοήθησαν Κορινθίους φίλοις δὴ οἵσι καὶ συμμάχοις, καὶ σφαγὴ μὲν τότε μεγάλῃ δὴ ἐγεγένητο· ἐπὶ δὲ τοῖς αὐτόθι τετελευτησίαιν Ἀθηναίων τὸν ἐπιτάφιον λόγον εἶπεν οἱ Λυσίας, quibus verbis pugnam ad Lechaeum significare videtur. Pugnam apud Haliartum commissam non in-

telligendam esse ex primis verbis §. 67. appareat; illo enim tempore non Corintii solum, sed Boeoti quoque contra Lace-daemonios pugnaverunt, neque Athenienses erant βοηθήσαν-τες. Cogitandum igitur est de pugna ad Lechaeum (Xen. H. IV. 4, 1 — 13. Diod. XIV, 86 Nepot. Ages. 5. Schol. Aristid. III. p. 273. Diod.). \*) Schoenbornius I. l. p. 9. orationem illos quidem qui Ol. 96, 3. ceciderunt respicere pu-tat, scriptam vero esse Ol. 98, 2. sed argumenta quae pro-fert tam fotilia, ut dicam confusa, sunt, ut neminem fore crea-dam, quin reprobret (cf. Krueger. hist. phil. Studien p. 237, not. 5.).

---

### 3. Ἀπολογία πρὸς Σιμωνία.

Simo (enjus de genere acute disputavit Droysen. de Arist. Av. et Herm. p. 36.) oratorem nostrum τραύματος ἐκ προ-νοίας accusaverat; reus se defendit. Uterque Theodotum ju-venem Plataeensem amavit; Simo cum juvenem apud reum esse cognovisset, in hujus domum noctu irrupit atque petulante-ter immodesteque se gessit. Vix ab amicis detractus reum ex aedibus evocavit atque evocatum verberavit. (— §. 9.). Rens pudore commotus Athenis cum Theodoto abiit; paullo post ambobus reversis Simo iterum puero vim assert atque tu-multu exorto reum, vix se defendantem, verberat (— §. 19.). IV. annis post hauc pingoam praeterlapsis (§. 19. 39. cf. Schoenm. Proc. 636.) Simo oratorem, ut ἀντίδοσιν sibi ob-latam avertat (§. 20.), τραύματος ἐκ προνοίας accusat. Si-monem vero istum qui rei quoque publicae nil nisi damnum attolerit potins eadem actione persequi sibi licuisse orator de-monstrat sequentibus hujus orationis paragraphis, qui mollis suavisque verecondiae ac pudoris speciem prae se fert. De actione cf. Meier. Proc. 314; ibi Meierus statuit, damnatum in judicio reum exilio et bonorum publicatione multari esse soli-tum; nam bona publicarentur Wachsmuthius (autt. Gr. II, 1, 270.) et C. F. Hermannus (progr. ad natal. elect. Hass. celebr. 1836. p. 58.) dubitaverunt; sed orator quamquam ce-teris locis (§§. 40, 42, 43, 44, 47.) de exilio tantum quod

\*) Paullo post habitam esse singi orationem nuperrime Krue-gerus (hist. phil. Studien p. 232. sqq.) demonstravit singu-lasque quae in oratione commemorantur res tam acute ex-posuit, ut ei aliquid posse opponi vix credam.

sibi immincat loquitur, tamen §. 38. distincte dicit: εἰς τοσούτον ἀγώνα καθέστηκα, ἐν ᾧ καὶ περὶ τῆς πατρίδος καὶ τῆς οὐσίας τῆς ἐμαντοῦ ἀπάσης κινδυνεύω. De hac actione seu auct. Areopagiticus (§. 1, 3, 5, 9, 10 etc. cf. Boeckh. ind. lecit. un. Berol. 182<sup>o</sup>. p. 3.) Rege praeside iudicabat. Orationem ante Ol. 96, 4. non habitam esse apparet ex §. 45. (cf. Meier. de bon. datum. p. 53., Franz. ed. Lys. p. 252, Krueger. ad Clit. p. 105, Westerm.). Iuvenis Plataensis quomodo tormentis obnoxius dici possit, quamquam Plataeenses ab Ol. 88, 2. cives Attici erant, cf. quae contra Boeckhium disputaverunt Meierus l. l. et Schoemannus Proc. 686.

---

#### 4. Περὶ τραύματος ἐκ προνοίας περὶ οἴκαι τῷ πρόσῳ ὄν.

Haec oratio antecedenti similis est, ἀπολογία in actione τραύματος ἐκ προνοίας. Et actor et reus ignoti sunt; verba περὶ οἴκαι τῷ πρόσῳ ὄν a librariis esse adscripta apparet. Non erat quare Taylorus eam Lysiæ suppositum haberet; dictio enim profecto est Lysiaca. Ex Lysiæ or. κατὰ Ποσιδίππου laudat Harporatio v. ἀπολαχεῖν i. q. λαχεῖν, quod hac or. §. 3. legitur, quare Valesius ad Harp. (p. 273. ed. Lips.) haec orationem esse κατὰ Ποσιδίππου putavit; sed hoc falso est, oratio enim nou est κατά τινος, sed πρός τινα. De ἀπολαχεῖν cf. infra frgm. 113. Duo viri communi argento meretricem servare emerant; actor reo ἀντίδοσιν obtulerat, sed per amicos reconciliati et in pristinum statum restituti erant. Actor vero feminam in sua domo retinuit neque istam neque pretium reo reddere voltuit. Inter epulum illum reus adit; tumultus exoritur. Ille deiude τραύματος ἐκ προνοίας huc accusat, qui hac oratione se defendit. Orator non pudicitiam ostentat, qualem tam belle orator in or. e. Simonem, sed in rebus impuris nullo modo tiro esse videtur. De poena rei in actione π. τ. ἐ. π. damnati Meieri sententiam veram esse, hac quoque oratione confirmatur, §. 18: ὅτι περὶ τῆς πατρίδος μοι καὶ τοῦ βίου ὁ ἀγών ἔστιν, ubi βίον cum πατρίδος coniunctum significare apparet opes, nec vitam, de qua solenne verbum est σῶμα. Quo tempore or. habita sit non elucet; Franzius (ed. Lys. p. 252.) eam ponit in Ol. 96, 4.

---

## 5. Υπὲρ Καλλίου ἱεροσυλίας.

Oratio est δευτερολογία. Calliam μέτοικον herum iεροσυλίαν commisisse indicaverant servi (cf. Schoem. Proc. 559.). Callias per ἀπαγωγὴν ad XI. viros delatus esse videtur (cf. Meier. Proc. 361.); iudices erant Heliastae (ὧν ἄνδρες δικασταί) (cf. Meier. Proc. 307), poena imponebatur somma (cf. Meier. d. b. d. p. 15. Proc. 361.). Reus mercator erat (§. 1.); Lysiam orationem ipsum habuisse sere crediderim (§. 1.); quo tempore, definiiri nequit, Franzio (ed. Lys. p. 251.), tamen censente Ol. 94, 3.

---

## 6. Κατ' Ἀνδοκίδον ἀσεβείας.

Laudat orationem Harpocr. v. ὁόπτρον. Λυσίας κατ' Ἀνδοκίδον ἀσεβείας. ἔδησε τὸν ἵππον ἐκ τοῦ ὁόπτρου τοῦ ἱεροῦ· νῦν τὸν τῆς θύρας κοίκον λέγει κ. τ. λ. (§. 1.). Id. καταπλήξ, ὁ συνεχώς πεπληγμένος. Λυσίας - ἐν τῷ κατ' Ἀνδοκίδον ἀσεβείας, εἰ γνήσιος ὁ λόγος (§. 50.). Suid. s. v. ὁόπτρον, Phot. lex. p. 491, 17. Pors., Moschop. περὶ σχεδ. s. v., Phavorin. s. v., Cramer. Anecd. Oxon. II. 499, 9. ex Harpocr. cf. Hesych. s. v. Eustath. ad II. γ. 381, 24. Laudat Harpocr. etiam v. Φαρμακὸς, ὄνομα κύρων. Λυσίας ἐν τῷ κατ' Ἀνδοκίδον ἀσεβείας, εἰ γνήσιος. δύο ἄνδρας Ἀθήνησιν ἐξῆγον καθάρσια ἐσουμένους τῆς πόλεως ἐν τοῖς Θαργηλίοις, ἐνα μὲν ὑπὲρ τῶν ἀνδρῶν, ἐνα δὲ ὑπὲρ τῶν γυναικῶν. ὅτι δὲ ὄνομα κύριον ἐστιν ὁ Φαρμακὸς, ιερὰς δὲ φιάλας τοῦ Ἀπόλλωνος κλέψας ἀλοὺς ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ἀχιλλέα κατελεύσθη, καὶ τὰ τοῖς Θαργηλίοις ἀγόμενα τούτων ἀπομιμήματά ἐστιν, Ἰστρος ἐν πρώτῳ τῶν Ἀπόλλωνος ἐπιφανειῶν εἴρηκεν. Phot. lex. p. 639, 19. et Suid. Φάρμακος. ὄνομα κύριον. Λυσίας φησὶ. δύο ἄνδρας κ. τ. λ. Etym. M. Φάρμακος, ὄνομα κύριον, ὅτι δὲ ὄνομα κύριον ἐστι, Λυσίας φησι. Ο Φάρμακος, ιερὰς φιάλας τοῦ Ἀπόλλωνος κλέψας, ἀλοὺς ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ἀχιλλέα κατελεύσθη καὶ τὰ τοῖς Θαργηλίοις ἀγόμενα τούτων ἀπομιμήματά ἐστιν, ὡς Ἰστρος ιστορεῖ κ. τ. λ. Quid hoc sibi velit, incertum est; in nostra oratione §. 53. φαρμακόν quidem legitur, ibi vero non est nomen proprium, sed piaculum (cf. Vales. ad Harp. p. 193. s. 401. ed. Lips.); quamobrem aut lexicographos statuerundum est errasse aut ante iocitium orationis quale

nunc matulum est de illo Pharmaco sermonem fuisse; quae sententia non prorsus est veri dissimilis, orator enim multa de impiorum poenis disputasse videtur atque quamquam pœnas divinitus immissas plerumque eum commemorasse censemus, tamen non est cur negemus illum etiam pœnas quas ab talibus viris scelestis expetiissent homines, eo nempe consilio, ut judicibus idem judicium commendaret, jactasse.

Harpocrati oratio suppositicia videbatur esse atque in eandem sententiam descenderunt Ruhnkenius (hist. crit. p. 50.), Sluterus (Lect. And. c. 8.), A. G. Beckerus (Andocides p. 5 — 7.), Dobreus (advv. p. VI. ed. Dobs.), contra quos nuper defensor extitit orationis Jo. Franzius (de Lys. p. 8 — 10.), confidenter contendens: „*ότι Λυσίου ὁ λόγος ὅδι, δῆλον ἀν γέγοιτο τῷ καν μικρὸν προσέχοντες. Τεκμήριον δὲ οὐτε γάρ η λέξις παραλλάσσει τοῦ εἰωθότος, οὐτὲ ἀν τὴν ἄλλην ἀρετὴν τις τὴν Λυσίου ποθοῖν ἄλλοθέν ποθεν ἐπιζητῶν.*” Sed equidem fateor vobisneuter me offendisse dictioem, atque ipse Franzius sententiam suam jam retractavit in ed. Lys. p. 279. In oratione jejunitatem quandom, quam Lysiae propriam esse dicunt, reperiri negari nequit; sed haec jejunitas a Lysiaca multum differt. Anctor nostrae orationis orationum quendam verborum gravitate affectat, sententiarn conformatio multis locis (cf. §. 8.) audacissima est, quae vero profert nullo fere nexu conjuncta sunt, omnia enim permiscet, largus est verbis locisque communibus, parcus sententiarn et argumentorum. Quare cum sententiarum inopia atque orationis tumor mire occurraut, suavitatem veram plane deesse sequitur. Nec subtilitatem nec tenuitatem usquam repries. At simplicem Lysiae dictionem in hac oratione inesse dicamus? Minime, sed tumida est et iuflata; plures praeterea sunt locutiones quae sobistar sapient, ut §. 19: *ἀφικόμενος εἰς τὰ ἀμαρτήματα;* §. 25: *ἔξ ὅσου Ἀθῆναι ἀείμνηστοι* (quae vox etiam Meicro de bon. dann. p. 183. valde suspecta videbatur) *εἰσι;* §. 29: *χαταπλεύσας εἰς ὅμηροτίαν, εἰς τὴν ἑαυτοῦ πόλιν;* cuiusmodi lectionum nullum apud Lysianam invenies exemplum. Veritatis quoque studium frustra quaeras. Orator semper rem auget, declamat, nil probat; in causa tam gravi neque legem affert neque testem producit, cum Athenienses Andocidis facinora non ignorare plurimis locis repetens, tum maledictis in adversarium conjuriendis tanquam testimonii clarissimis utens. Ad eos semper semperque provocat; sed hoc quoque subsidio inepte utitur. Permiserunt ei videtur, quod dei Andocidem uondum extinxerint, quare eum eo usque ser-

vatum esse et sua ope pervertatur, etiam atque etiam clamoribus jactat. Sed ipse se una oratione parum esse effecturum videtur intellexisse; subito enim in locum communem evagatur atque de sera nemini vindicta ianua verba profert. Qui locos ad satietatem usque inculeator; neque enim subsistit in expositione ista longiore §. 20: οὐτε γὰρ ὁ Θεὸς παραχρῆμα κολάζει; sed in ira illa saepius recoquenda genio indulget §§. 3, 19, 27, 28, 31, 33. Nihil vero magis sapit declamatorem quam injecta Diagorae Melii mentio §. 17, ubi Andocides dicitur Diagora Melio nequior, hyperbolice adeo et per αὐξησιν sophisticam, ut quod simile sit in Lysiae orationibus non reperiatur. Deinde quum Andocides in oratione huic contraria praesertim id agat (§. 70. etc.), ut ostendat Isotimidis psephisma ad se non pertinere et abrogatum esse per psephismata Patroclidis et Tisameni legemque ἀμυνηστείας archonte Euclide latam, tnm se quoque contineri pactis post populi redditum initis et jurejurando illis temporibus praestito, facile intelligitur, id fuisse caput accusationis, Andocidem psephismate Isotimidis arreri a templis neque ad ipsum decreta illa Patroclidis et Tisameni pertinere. Auctor vero nostrae orationis nec psephismatis nec legum illarum mentionem fecit; pacta et ius iura donum leviter tantum tangit nec subtiliter de iis dispatat, ut solet Lysias, sed clamat homo et perorat. Neque contradicas, oratorem ut qui δεντρολογίαν dixerit, has leges jam a Cephisio prolatas neglexisse. Sane si de illis omnino tacnisset coetentus forem, sed multa de iis verba facit (§. 37 — 41.) quibus ne minimum quidem firmat, ut nihil profecto inventiatur ex quo fides oriatur, cum Lysiae contra πιθανότης sit notissima. Quomodo veritatis studiom plane interierit jam diximus atque virtutis ἡθονιας Lysiaca nullum omnino vestigium inveniri ne videamur. Nullam igitur Lysiae virtutem proprietatem in nostra oratione cognosci cum satis, ut videtur, probatum sit, ne sensui nostro quo venustum ac palcrum percipimus repugnemus neve Lysiae orationem omnis suavitatis inopem, cuius genus a Lysiaco plane differt, attribuamus. Slueters (p. 174.) et A. G. Beckers (p. 7.) auctorem or. ab aetate Demetrii Phalerei fortasse non longe remotum fuisse statuerunt. Sed, ni fallor, viri docti errant. Oratorum enim illius temporis dictio et sententiis concionis venusta et verbis volucribus incitata erat; memoratur quidem ex illo tempore Lysiae imitator, Hegesias, sed iste saltavit incidentes particulatas, qualem rationem nostra oratio non praese fert. Si vero in scholarum umbraculis aliud fuisse dicendi genus

opineris, ne hoc quidem couedam. Posterioribus enim temporibus omnes oratores in scholis excultos esse satis notum est; ut igitur eos quae in scholis didicerant, in foro ostentasse statuere nobis licet, ita idem dicendi genus quod in foro versatur, in scholis excultum esse existimandum est. Eundem sententiam secentus est Cicero (Brut. 27.), cum dicat hoc totum genus quale Demetrio proprium sit, e sophistarum fontibus defluxisse in forum locosque communes qui dicantur e philosophorum scholis evasisse. Illi vero dicendi generi or. in Andoc. non respondet; nullam sane suavitatem mollem tenebramque reperies. Neque Sluitero illam nitorem fucatum quendam habere concedo; summa enim jejunitate oratio molesta est neque orationibus circa Deimetrii Phalerei tempora habitis quas minime contempendas esse Cicero affirmit, adjungenda. Mihi potius oratio circa Lysiae tempora scripta esse videtur. Auctor enim et jejunitatem simplicitatemque affectat, quibus Lysia multo inferior est, neque sophistarom, praecipue Gorgiae dictione eum imbutum fuisse agnosci nequit. Hoc autem mibi inde demonstrari posse videtur, quod et tota fere oratio in Andocide vehementer vituperando versatur omnis  $\eta\vartheta\sigma\pi\omega\zeta$  caret; et alia quoque quae dictionis Gorgiae propria erant, in nostra oratione reperimus. Diagoram enim Meliom (§. 17.) et Batrachum (§. 45.) hoc tantum consilio commemoravit auctor, ut hyperbolae figura uti, nempe iisdem Andocidem aequiore dicere posset. Neque firmum dicendi genus in oratione me iovenisse confiteor; dictio nunc maxime jejuoa nunc tumidior est et omnino fluctuat. Qua ex re si de auctore conjici quidquam licet, eum ingenio quoque fuisse ex sycophantarum numero statnerim.

Errores autem multos in oratione iovenisse sibi videntur Ruhokenius et Sloiterus indeque si recte contendierint multam suae sententiae auctoritatem sumsisse. Hi igitur errores diligentius mibi inquirendi sunt:

1) Andocides (§. 11.) dicitur accusasse Aristippum φάσκων ασεβεῖν περὶ τὸν Ἐρμῆν τὸν αὐτοῦ πατρῶον; quasi Hermes ille a majoribus suis fuerit consecratus, quem constat fuisse donarium tribus Aegeidos. „Tempore autem Lysiae”, argumentatur Sluiterus, „communis iste error sen vulgaris opinio nondum invaluerat, cum Hermes Andocidis ab ipso demum oratore famam nonneque in historia acceperit, quoniam ceteris Hermis truncatis solus ille qui prope januam Andocidis erat, integer mauserat. Sed postea demum cum rationem appellationis haud satis perspicere vcl ignorarent homines, πατρῶον Andocidis fuisse crediderunt. Inter eos qui falsam opi-

nionem sequebantur Doris sicut Samius teste Harpocr. v. *Ἀνδόκης*. *Ἐρμῆς*. Et haec quidem res scriptae orationis actatem non obscure indicare videtur, eam nempe, qua ad exemplum Demetrii Phalerei pro veris in foro caussis factas in schola agere atque in umbra declamare coeperunt.” Quae Sluiterus eundemque secutus Beckerus dixerunt, auctorem legisse orationem Andocidis de mysteriis, iisdem ad Sluiteri rationes, quibus nostram orationem posterioribus temporibus scriptam esse demonstrare studuit, labefactandas oti mihi licet; si enim auctor foetum suum Lysiae supponere volebat, Andocidis autem orationem legerat, omnia sane quae fidei nocere poterant evitasset. Hoc vero relinquamus. — De nomine autem *Ἀνδοκίδου* *Ἐρμῆς* exorto cf. Plot. Alcib. 21. Nic. 13. Clement. Protrept. V. 1. p. 80. ed. Potter., Harpocr., Hesych. s. v., Phot. p. 488., Bekk. An. p. 212, 14. Duris falsa opinione Andocidem dedicasse Hermam imbutus errorem suum subtiliter defendisse videtur; quanam enim ratione eam prae aliis Harpocratio memorasset? Ad aedem Phorbantis prope *Σύμβολον* (Plot. de genio Socr. c. 10.) Leogoras et Andocides habitabant ibique priores Andocidis majores sedem habuisse conjici licet ex ejusdem verbis de myst. §. 62: ‘Ο *Ἐρμῆς* δν ὁρᾶτε πάντες, ο παρὰ τὴν πατρῷαν οἰκίαν τὴν ἡμετέραν, et §. 146: χαῖτοι οὐχ ὄνειδος ὑμῖν ἔστιν η *Ἀνδοκίδου* καὶ Δεωγόρου οἰκία οὐσα, ἀλλὰ κ. τ. λ. οὐ γὰρ ἔστιν ὅστις πώποτε ὑμῶν παριὼν τὴν οἰκίαν τὴν ἡμετέραν ἀνεμνήσθη η ἵδια τι η δημοσίᾳ κακὸν παθὼν ὑπ’ ἐκείνων οἱ πλειστας μὲν στρατηγόσαντες στρατηγίας πολλὰ τρόπαια κ. τ. λ. ἀπέδειξαν, πλειστας δὲ ἀλλας ἀρχὰς ἀρξαντες κ. τ. λ. Ut Andocides suam domum patriam vocat, ita auctor nostrae orationis Hermam ad Phorbanteum Andocidis Hermam patrium nominavit, quo ejus locum significaret, qui nempe ad Andocidis domum patriam staret, ejusque quasi patrimonium esset, ab Andocidis vero majoribus enim non consecratum esse haud ignorans (cf. Soph. O. T. 16: *βωμοῖσι τοῖς σοῖς* de aris pro foribus aedium regis positis). Neque alium loci citati §. 11. sensum esse Harpocrationis quoque erat judicium; sin secus putasset, s. v. *A. E.* magnum auctoris nostrae or. errorem non praetermisisset. Prorsus aliter explicavit Schoemann. ad Isae. p. 201., cui assentiri non possum.

2) Orator narrat §. 21. Andocidem de Hermis violatis accusatum litem vinculis aestimasse, cum potuisse pecunia aestimare eamque noluisse servum conscient tradere, sed curasse

ut necaretur, tum antem cum per annum in vinculis fuisset amicos indicasse. Hic locus difficilimus mihi esse videtur. Sluitero quidem non assentior qui conjicit (p. 62. sqq.) omnia de servo necato falso esse dicta. Plutarchus eorum (vit. And. p. 834.) narrat Andoridem jam ante de Hermis mutilatis et sacris Cereris violatis iudicatum esse et cum servum quem accusatores capiisseat tradere nolasset in criminis alterius, tempore de Hermarum mutilatione nota, suspicionem venisse ( $\pi\varphi\circ\varsigma\tau\eta\varsigma\alpha\tau\varsigma\tau\eta\varsigma\delta\epsilon\tau\eta\varsigma\gamma\varphi\eta\varsigma\pi\pi\sigma\tau\tau\varsigma\gamma\eta\epsilon\sigma\theta\alpha\iota$ ). Quamvis illud iudicium de sacris violatis falso esse ex posteriori indicio desumptum verisimile sit, cum Andocides ipse mysteria unquam se profanasse neget, duplex tamen accusatio statuenda est. Quod enim Plutarchus narrat, ante noctu comissaem Andoridem per ludibria et petulantiam simulacula quaedam praecidisse, eo pertinere videtur, quod Thucydides VI. 28. et Plut. Alc. 18. narrant, inquilinos quosdam et servos mutilationem aliarum statuarum ab ebris juvenibus ante factam in judicium detulisse. Inde Andocidem postea in maiorem suspicionem incidisse ex Plutarcho elucet neque eundem cum Eophileto, Meleto, aliis viris turbulentis societatem conjunctissimam iniisse (cf. And. de myst. §. 61.) Athenienses ignari erant. Paullo post nota illa Hermarum mutilatio accidit. Eos qui revera scelus commiserint se iudicasse et ita criminis absolutum esse ipse Andocides narrat (de myst. §. 20.); eum se ipsum detulisse Thucydides (VI, 60.) et Plutarchus (Alc. 21.), patrem vero iudicasse quoque, sed servasse Plutarchus (vit. or. p. 834.), Photius, Tzetzes (Chil. VI. 367.), quae vero falsa mibi esse videntur, petita nempe ex iis quae sibi objecisse inimicos Andocides (de myst. §. 19. de redit. §. 7.) declaravit atque a se avertit. In oratione nostra hoc tautum illi criminis datur, quod amicos coguatosque sibi carissimos delatione sua perdidit; hoc vero etiamsi falsum foret, quia Andocides saepius sua ope cognatos suos liberatos, viros vero quibuscum anteconjurarisset in judicium esse delatos asseveravit, orationem quoniam genoinam habeamus non potest impedire, quia inimicos suos eadem dixisse Andocides testatur. Attamen non negaudum est duas lites quibus Andocides implicitus fuerat a nostro orationis auctore confusas esse neque hoc quidem cum Beckero (p. 20.) statuerim, Andocidem, cum impios qui molaverant Hermas iudicasset, per annum in custodia servatum esse, cum illam poenam carceris longiorem ad priorem causam referendam esse ex §. 23. perspicuum sit. Jamdudum autem tempus quo sclera in Hermas erant commissa, nempe Ol. 91, 1.

praeterlapsum erat; duri iude et iniqui dies secenti erant, ita ut non mireris quod post XIII. annos cum Andocides accusaretur nonnulli tantum de illis facinoribus accurritus loqui potuerint. Cujus rei si memineris facillime intelliges quomodo noster quoque orator in errorem inciderit. Si autem orator omnia facinora quae Andocides in diversis Hermarum mutilationibus commiserat, in vacum coactavit, posterior praesertim actio, in qua ex vera historiae narratione omni culpa A. carebat, in iovidiam adducta est. Ne mireris quod Andocides in sua oratione in illum errorem non invehatur; nam quum de Hermis mutilatis accurritus esset locutus, hac re ipsa se ab omni crimine vacuum esse demonstravit neque accusationis quos errores esse apparebat eum refutare necesse erat. Orationem igitur nostram propter ea quae §. 21. sqq. dicta sunt, posterioris temporis rhetori tribuendam esse non existimo.

3) §. 46. Andocidea nunquam militasse dicuntur, cum classi praefuerit cum imperio. Thucydides quidem et Plutarchus narrant, Andocidem Leogorae f. classi XX. navium, quae Corcyraeis contra Coriotbios auxilio missae sunt, cum Glaucone Leagri f. praefuisse neque Tayloro qui Andocidem avum intellexit assentendum esse Rubuckenins ostendit. Sed Andocides ipse quotiescumque sua de republica merita memoravit de illo imperio nunquam loquitur, ita ut certi atque de hac re proferre non ausus sim. Ut cunque res se habet, adversario qui per αὐξησιν oratorem Andocidem unquam profuisse quidquam civitati veget ignoscendum est. \*)

4) §. 51. a sacerdotibus devotus fuisse perhibetur Andocides. Quod ut credam cum unius Pseudo-Lysiae auctoritate nitatur haud facile adducar; si enim devotus fuisse, non ausus esset in patriam redire nisi prius publice foret revocatus et sacerdotes iidem qui illum devovissent antea resecrassent. Equidem cum Sluitero existimaverim, auctorem orat. Alcibiadis causam (cf. Bossler. de fam. Att. sac. p. 24, 27.) in Andocidem transstulisse. Longo enim tempore post scelera in mysteria Hermasque commissa praeterlapsi Andocidis et Alcibiadis causae de eadem re actae facillime confundi poterant. Praeterea autem quum constet, decretum quondam factum esse contra Andocidem quo arcitus sit a foro templisque, non est quod

\*) Qnum haec conscripsisset Meierum vidi in ind. schol. un. Hal. 1837. p. III. sq. Taylori sententiam acute defendantem quae si vera est, conatus hicce meus nostrum oratorem contra Sluiterum defendendi jam superfluus videtur.

miremur hac in re describenda veritatem ab adversario esse relictam.

5) Ruhnkenius et Sliterus Pseudo-Lysiam sibi ipsum interdum obloqui conteuderunt. Andocides §. 31. dicitur opes suas minuisse et inter delatores divisisse, contra §. 48. tam opuleatus esse ut rei publicae inepiam si voluerit sublevare potuerit. Sed Andocides ipso confitetur se magno habuisse fortunas (de myst. §. 144.), eas vero ipse valde imminutas esse addit. Haud secus adversarius judicat; Andocidis quidem opes multis periculis valde extenuatas esse pro certo habemus idemque Pseudo-Lysias testator: *ἡ δὲ οὐσία αὐτοῦ ἐλάττων ἐκ τῶν κινδύνων γίνεται;* eidem vero assecurat Andocidem adhuc divitem fuisse. Andocides enim postquam Athenas revertit senator factus multum et in senatu et in contione valuit (cf. Clinton. f. H. p. 95.); complura munera publica administravit; gymnaasiarchus fuit Vulcanalibus; architheorus ad lodos Isthmicos et Olympicos missus est; deinde sacri aerarii quaestor (de myst. §. 132.), et choregus Dionysiakis victor dithyrambicis poetis donarium sacravit tripodem (cf. Plut. Andoc. p. 835. et inscr. ap. Boeckh. C. J. V. I. P. II. no. 213.). Ex quibus apparet ejus opes maguas adhuc fuisse; quod Andocides ipse hoc negare videtur, nihil refert; etiam vero addit: *ἔπειτα δὲ καὶ σινοὶ εἰργασάμην ἐκ τοῦ δικαιοῦ,* tam se cum multis regibus et civitatibus societatem iniisse (§. 145.), id quod Pseudo-Lysias quoque (§. 48) affirmat, ita ut Andocidis fortunae non plane extinctae fuisse videantur neque auctor nostrae orationis sibi obloqui. Neque quae §. 30. extant: *τὸ μὲν σῶμα δεῖ ἐν δεσμοῖς ἔχει οὐδὲν* quae §. 9. dicta sunt, Andocidem jam pollere in republica, contraria sunt, cum illa verba non ita intelligenda sint, ut Andocides quamdiu Atheos reverterit, in custodia tenentur, sed verba §. 30. (*ἄλλων διάγεις* etc.) copiosius repetantur iisque Andocidem semper fere in vinculis haesisse amplificatione quadam oratoria vel iocaccrato sermone declaretur.

Multa autem orationi insunt quae tam accurate sunt dicta, ut oratorem Andocidis tempore vixisse inde colligam: ad quam sententiam probaudam inquiramus in orationis singularis paragraphos:

§. 4. De mysteriis profanatis cf. §§. 10 et 29. And. de myst. §§. 10. 29.

§. 6. Orator de Andocidis ἀποδημίᾳ loquitur. Andocides se legationes suscepisse in Thessalam, Macedoniam, Molossiam, Thesprotiam, Italiam et Siciliam contendit (adv. Alcib.

§. 41.). Taylors quod hio locus Pseudo-Lysiae obstat, orat. adv. Alc. Andocidi abnegaudam esse existimavit; contra Rubnkenius monet, oratorem ut accusatorem quam πρεσβειαν dicere debebat, invidiose ἀποδημίαν dicere; quod ipsum monet Valckenaerius: „dicere potuit legationes Lysias invidiose ἀποδημίαν; nisi publicis rebus se immiscinset his in regionibus Andocides quomodo dici potuit illas διωχληκέναι?” Sloiterus (p. 15.) miratur virorum sagaciissimorum neutrum animadvertisse, non de eadem re loqui oratores; non enim Pseudo-Lysiam agere de legatione Andocidis, sed de peregrinatione ejus post piaculi erga Hermas sive veram sive falsam accusationem; hoc enim ex regionum diversitate apparere, cum quas enumeret Lysias, Peloponnesum, Joniam, Cyprum et regiones Hellesponto adjacentes, exul adierit Andocides, non legatus; nam de iis l. l. nihil ipsum dixisse. Sloiterus igitur (p. 72.) oratorem prius de illo tempore loqui quo Andocides criminis Hermarum truncatorum absolutus mercatorae causa alias terras adierit (de myst. §. 13. Psendo-Lys. §. 19. Plut., Phot.). Recte vero Wyttensbachius (bibl. crit. III, 3, 78.) statuit, legationem et peregrinationem Andocidis a Pseudo-Lysia confundi. Beckerus quidem contendit (p. 12.) hoc obstat quod Andocides in sua oratione ut legatos civitati profnisse, in nostra vero oratione ubique terrarum mala concitasse dicatur; sed hoc parum resert, quia Andocidem unquam rei publicae profuisse adversarius necesse erat negaret, id quod legatione ac peregrinatione confusis facilime poterat demonstrare, Andocides antem post accusationem omnes regiones hoc loco commemoratas, Siciliam, Italiam, Peloponnesum, Thessaliam, Hellespontum, Joniam, Cyprum adiisso nullo loco dicuntur. Centerum Meierus V. Ill. si anum Andocidis vatalem recte statuit, certe orationem contra Alcibiadem ille quoque locus spurius indicat ideoque orator noster optime esset locutus.

§. 9. (cf. §. 24. et §. 51.). Contra Andocidem postquam criminis Hermarum mutilatorum absolutus sit factum esse quoddam decretum quo arceretur a templis foroque licet uous nobis sit auctor Pseudo-Lysias (cf. Meier. de bon. damo. p. 183.) indicat tamen ipse Andocides (de redit. §. 24: τὸ ψῆφισμα ὑστερον ἀφείλεσθε ο. τ. λ.) jureque illud colligas ex iudole et natura actionis post reditum adversus illum instituae, ἐνδειξεως scilicet. Quia ratione Athenis decessit, cum sibi ἀτιμίας poena affecto, omoibus civium juribus, praesertim jure in conciliis loquendi spoliato, in quemvis adversarium injurias sibi inferentem actionem iutendere non liceret (cf. §. 24. Schoemann.

Proc. 563.). Bonis exulantis publicatis domus Cleoponti a populo ad habitandum data est (cf. Meier. de bon. dama. p. 183.). Itaque accusator illam peregrinationem, quam sua voluntate incepisse Andocides iudicat (cf. de myst. §. 137.) ἀποδημίαν jure vocat (§. 6.). Hic locus sane, quo de Andocide subtiliter et solerter aliquid dictum est, argumentum nonquam quidem affirmatum, sed hanc dubie gravissimum est, or. nostram posterioribus temporibus non esse conscriptam. De iis autem quae §. 51. de Andocide ab sacerdotibus de-  
voto dicta sunt, jam supra dixi.

§. 11. Quae de Archippo s. Aristippo narrantur non est quare in dubium vocemus. cf. §. 30. Lys. de man. acc. §. 20. Clinton. p. 95.

§. 17. cf. §§. 50. et 4. et Aod. de myst. §. 10. 29.

§. 19. cf. And. de myst. §. 137.

§. 26. Post piaculi erga Hermas accusationem Andocides io complures regiones pervenit (cf. Clint. p. 79.) et pri-  
mum quidem in Cipro apud Citii regem gratiosus fuit; deinde quom à se illum alienasset, in vincula injectus, summa quae-  
que mala perpessus est; quod ideo factum dicunt Plutarchos  
et Photius, quod filiam Aristidis cuiusdam, consobriam suam,  
clam familiae surreptam, primum dono miserit Cyprio tyranno,  
deinde vero cum timeret, ne domum reversos plagii accusare-  
tur, illamque iterum conaretur abducere, deprehensus sit. cf.  
Tzetz. Chil. VI, 373.

§. 27. Quadriogentis viris dominantibus post tres fere  
annos praeterlapsos revertit εἰς τὸν ἡδικημένον, quod opem  
tulerat classi ad Samum dispositae, quae obedientiam erga qua-  
driontos renunciaverat; (cf. de reddit. § 11.). Eo quoniam  
pervenisset, a Pisandro accusatus est, et quamvis ad aram qui-  
dem quae in curia stabat, confugeret, tamen io carcerem est  
deductus (ἐδέθη).

§. 28. Inde emissos primum ad Enagoram pervenit, tum  
multos locos (ἔρευγε κ. τ. λ.) pervagatus est; denique liber-  
tate restitita Athenas rediit.

§. 29. Sed decreto quo ἀτιμίχη punitus erat, nondum  
abrogato iterum in exilium ejectus est (cf. Clinton. p. 93.). Quod quamvis ab his or. auctore solo narretur, non est cor  
in dubium vocemus; sed id ipsam grave argumentum mibi vi-  
detur esse orationem tempore quo Andocides vixerit revera  
esse scriptam.

§. 30. Deinde Andocides primum in terram Eleam (Plot.,  
Phot.) se contulit, tum multas regiones perlustravit (de reddit.

§. 20., de myst. §. 4.), id quod adversarius verbis τὸν ἄνδρα οὐ δῆμος κ.τ. λ. ἐθέλει δέξασθαι apte exprimit. Reverens tandem ex Cypro (de myst. §. 132.) Ol. 94, 2. brevi tempore magnam potentiam sibi recuperavit et Archippum (§. 11.) accusare est conatus. Sed ipse his accusatus est (δῖς ἐν τῷ αὐτῷ sc. ἐνιαυτῷ ἐνδέδεικται), de qua re Pseudo-Lysias solus quidem disputat, sed Andocides ipse indicat de myst. §. 1: τὴν μὲν παρασκευὴν etc. τῶν ἔχθρων τῶν ἔμων ὡστ' ἐμὲ κάκως ποιεῖν, ἐξ ἀρχῆς ἐπειδὴ ταχέστα αφικόμην εἰς τὴν πόλιν ταυτηνί, σχεδόν τι πάντες ἐπιστασθε, quibus verbis ἐνδειξίς illa, cūjus causa A. or. de myst. habuit, significari non potest, utpote quae tertio demum anno post Andocidis redditum acta sit.

§. 33. Orator narrat Andocidem jam in republica polleto cf. de myst. §. 132. Andocidem fidem populi esse refectionem adversarius de industria non expouit, sed illius recentem auctoritatem malis artibus effectam depingit.

§. 37. Andocidi legis ne quis ante actarum rerum accuseatur participi esse non licere demonstrare multis verbis studet orator, sed quae profert ab Andocide (de myst. §. 70 — 109.) plave refutantur.

Nullo quidem loco orationis extant quae temporum rationem laedaunt; attamen quae §. 6. de Dionysio Syracusano diuotor, falsa esse videntur. Dionysius enim Ol. 93, 3. regnum sibi comparavit; legatio vero Andocidis iudicere videtur, inter Ol. 86 — 89. ante pactas cum Lacedaemoniis inducias. Absurdum esse Σινιτέρος (p. 15.) statuit, de Dionysio loqui oratorem nisi ἀποδήμια illa in ea tempora inciderit, quibus iste jam tyrannie fuerit potitus. Etiam si vero Andocides statim post sceleris in Hermas commissi accusationem Dionysium tyrannum non adiit (cf. Clinton. p. 93.), quia jam Ol. 92 $\frac{1}{2}$  Athenas revertit, qua ex ratione Beckerus (p. 12.) antorem orationis posteriori tempore vixisse collegit, tamen non est cur dubitemus quin Andocides iterum Ol. 92 $\frac{1}{2}$  cum in exilium esset ejecitus adierit Dionysium; peregrinationes enim a nostro oratore confundi jam vidi. Hoc vero argumento relieto Dionysium priusquam imperium nactus esset, omnem in republica potentiam usurpare constat; qua ex causa Andocides illo jam tempore suo commodo eum adire poterat. Neque quidquam obstat, quominus in nostra oratione Dionysius tyranus dicatur; que enim tempore oratio habita est Dionysius imperium obtinuit atque ut enarrationem paucis absolvat, suo iure orator ty-

rancum enim vocat. Hisce autem verbis in quam maiorem suspicionem Andocides incidat neminem effugiet.

Oratio revera adversus Andocidem habita esse videtur. Andocides accusatus est Ol. 95, I. brevi post mysteria meose Boedromionis celebrata (cf. Clinton. p. 97. 339.); causa erat ἐρδεῖσις (cf. de myst. §. 8. 10. 29. 111. 121. Pseudo-Lys. c. And. §. 15. Meier. Proc. p. 224. 236. 239. 243.) ad Regem delata (cf. de myst. §. 111. Meier. Proc. 245. 300. 305.), ab Heliastis judicanda. Callias Hippoici f. Cephisiū, Meletum, Agyrrhiū, Epicharem impulerat, ut coram populo Andocidem accusarent. Quia in causa actionem primariam egit Cephisiū (de myst. §. 33. 71. 92.); quae tamen nostra oratio non est (cf. §. 42.). Neque etiam ab Epichare pronunciata est haec oratio; Andocides enim (de myst. §. 100.) Epicharem imparum scortorum amorem sibi exprobrasse dicit, cui ne simile quidem hic iuvenimus; neque ab Agyrrhio, quem sibi iōimicum Andocides quidem obscuris tantum verbis depiugit (de myst. §. 133.), sed ex Schol. Arist. Plut. 176. Eccl. 102. 184, Harpocratōne s. v. notis est. Phileas s. Philergus hic in censu non venit, quod Andocidem ἱεροσυλίας accusavit (cf. Snid. v. Φιλέας, Meier. Proc. 361, Boeckh. O. c. II, 319.). Fere crediderim nostram orationem esse δευτερολογίαν atque a Meleto habitam. Sed hic locus non est, ut rem copiosius exponam; paucis igitur verbis rem absolvam. Cephisiū (de quo cf. And. de myst. §. 92. 93.) orationem primariam in Andocidem habuit; accusavit eum mysteriorum profanatorum (de myst. §. 10 — 33.) Hermarumque motilitarum (de myst. §. 34 — 70.); dein Isotimidis decretum in Andocidem valere statuit (de myst. §. 92.). Epichares τριτολογίαν videtur, Meletus autem δευτερολογίαν habuisse, in qua locum communem, Andocidem ex periculis a diis servatum, ut adversariorum ope extingueretur, quem Cephisiū jam jaetaverat (de myst. §. 137 — 139.). denuo tractavit; tum autem de mysteriis ab Andocide profanatis in eademque re describenda uberioris de aliis hominibus imperis atque de numinis vindicta locutus est Andocide teste (de myst. §. 29.), de Hermis truicatis disputavit (cf. §. 23. et de myst. §. 54.), deinde Andocidi legis ἀμυνηστείας participi esse non licere (adv. And. §. 46. etc.), sed potius ex legibus non scriptis (cf. Schoem. de comitt. p. 301., ad Is. p. 398, Meier. Proc. p. 117, Wachsmuth. antt. Gr. II, 2, 303; Müller. Eumen. p. 163.) eum judicandum esse statuit (cf. §. 10.), quam sententiam plane rejicieudam esse probavit Andocides (de myst. §. 85.

sqq.); Athenienses denique exhortatus est, ut contemnerent societatem quam Audocides cum regibus inuisset (§. 48. de myst. §. 145.).

Meleti mores ex actione de Socrate instituta noti sunt. Bonis literis eum non desitotam fuisse, (όγτως etiam vocatur. Eudoc. p. 301.) tragoeidas scripsisse Aristophanes testis est et cum Callia turpissimam consuetudinem habuisse (cf. Arist. Gerytad. frgm. 1, πελαρχ. fr. 1, γεωργ. fr. 21, Schol. ad Ar. Ran. 1337, Saonyrion. ap. Athen. XII. 551. c., Plut. de profect. in virtut. c. 2.; Plat. apol. p. 23. E., Schol. Plat. ap. p. 330. Bk., Suid. v. Μέλιτος, Aelias. v. b. X., 6. Meinek. qnaestt. scen. II. p. 18. Fritzsch. qnaestt. Arist. I. p. 44 sqq. Droysen. de Arist. Av. et Herm. p. 32. 36.). Ut Socratem deos non credere declamavit, ita accusationem Audocidis bac re studet illustrare et extollere, atque deos de quorum vindictis disputat quasi testes plurimis locis provocat.

Sed unus extat in oratione locus, qui totam meam disputationem subvertere videtur, §. 54, ubi orator dicit: Διοκλῆς ὁ Ζαχόρος τοῦ ἱεροφάντου ἡμέτερος πάππος. Inde enim Zacerus ex aetatim computatione circa bellum Persici primi tempus vixerit (cf. Bossler. de fam. Att. sac. p. 24.); sed Zacerus non est nomen proprium, sed rei divinae significatio (cf. Suid. et Etym. M. h. v., Moeris. p. 404.), quem ad modum quae constant pleraque rerum divuarum nomina significationem continent (cf. Meier. de gentil. Att. p. 41.); ex ejusmodi igitur nominibus nihil de civilibus Eumolpidarum nominibus conjectere licet. Tum Eumolpidarum alios alios pagos habitasse constat (cf. Meier. I. l. p. 35.); quare ex iis quoque nihil colligere licet. Quae autem de Meleti genere comperta habeant, paucia sunt. Erat Meleti f. Ηπιθεύς (Diog. Laert. Soer. p. 114.); Socrates cum ab eo accusabatur, εὐγένειον (satis imberbum) vocavit (Plat. Euthyphr. c. 1.); quod vero Socrates eum satis innotescere esse dicit, hoc non urgendum est; nam ex actione de mysteriis profanatis, qua ab Audromacho, et de Hermis truncatis, qua ab Tencro est delatus, satis erat notus. Tum autem genere an fuerit conjunctus enim Diocles Eumolpida, uescio; Diocles quidam Ηπιθεύς vocatur ab Isaeo (de Cirou. ber. §. 19.) et Demosthene (in Mid. p. 534.). Per pauca saeo de Meleti genere scimus; conjectura igitur tenuis sit mea opinio. Utut autem de actoris nomine conjicias, hoc stat, Audocidem a Callia Ceryce et ab Eumolpidis acerrime esse impugnatum. Nobilissimarum Cerycum familiarum altera, Hipponicorum et Calliarum, Melitensis, altera, Audocidis, Cyda-

thebaensis erat (cf. Meier. I. I. p. 35, 37.). At religionem causam hic agi, non cum Bosslero et Meiero statuerim, nam ne minima quidem ex Calliae vita strenuitas, qua deorum venerationem sit tuitus, eluet neque ex orationibus Pseudo-Lysiae et Andocidis tam prae se ferre speciem actionem conjecere nobis licet. Orationem mibi videri Ol. 95, I. habitam esse dixi; quare Franzins (ed. Lys. p. 251.), Meieros (ind. lect. no. Hal. 1837. p. V.), Kruegerus (ad Clio. p. 95.), Westermannus in Ol. 94, 3. eam ponant, equidem nescio.

### 7. Υαέρ τοῦ σηκοῦ ἀπολογία.

Harpocr. v. σηκός ἐπιγράφεται τις λόγος Λυσίου ἐν τῇ τῆς εὐσεβείας (ἀσεβείας Vales.) περὶ τοῦ σηκοῦ ἀπολογία, ἐν ᾧ δηλὸν ἐστιν ὡς περὶ ἔλαῖας ἐκοπείσης ὁ λόγος ἐστι· γράφει δὲ καὶ ταῦτὶ ὁ ὄγτωρ „οὐδὲν ἔτη ἐγεώργησεν οὔτε ἐδίστη ἔλαῖαν οὔτε μορίαν οὔτε σηκὸν παραλαβών.” κ. τ. λ. (§. 10.). Suid. v. σηκός· τάττοντος τὸ οὐρανόν καὶ ἐπὶ ἔλαιας· λέγει γὰρ Λυσίας· „οὐδὲν κ. τ. λ. Eādem habet Photius p. 508, 15. — Harp. et Phavor. v. ἐπιγνώμονας ἀντὶ τοῦ ἐπισκόπους Λυσίας ἐν τῷ περὶ τοῦ σηκοῦ (γνώμονας §. 25, ubi cf. Brem. et Boeckh. Ol. c. I, 327. Schoem. Proc. p. 566. — Suid. v. μορίαι· ἔλαιαι λέρατι τῆς Αθηνᾶς, ἐξ ᾧ τὸ ἔλαιον ἐπανθλον ἐδίδοτο τοῖς νικῶσι τὰ Παναθηναῖα κ. τ. λ. Τῆς δὲ μορίας ἐκείνης ὁ στέλεχος σηκός ἐκαλεῖτο· Λυσίας· „Αρχοντα σηκὸν ὑπὸ ἐμοῦ ἐκκενόφθαλος ἐπὶ Σουνιάδου ἀρχοντος κ. τ. λ. (§. 11.). Harp. ἀεροτον, ἀντὶ τοῦ ἀφρακτον καὶ πανταχόθεν καθορμένου. Λυσίας (§. 28.). Suid. „Αεροτον κ. τ. λ. (ex Harp.).

Paulus Germinus banc orationem a Lysiae abjudicaverat, quam Photius ei tribuit, quia prooemium et narratio et epilogus dictionem Lysiae habeant. Orator a Nicomacho quodam (§. 20. 36. 39.) primum oleam privatam (ἔλαιαν), tum truncum oleum sacrae iam effoetae (σηκόν) excidisse accusatus erat. Do disserimine vocum ἔλαια, μορία, σηκός viri docti tam copiose disputaverunt, ut mihi nil addendum sit (cf. Markland, ad b. o. p. 269. Meier. de bœ. damn. p. 101., Bremius proem. b. o., Wachsmuth. Gr. II, 1, 59.). Rens hac oratione crimem a se avertit; eos qui suum agrum inde a Pisandro possederi illumque per totum tempus non oleis fuisse obseratum euarrat; non esse verisimile se facinus commisisse, ex quo

paullulum emolumenti, multum periculi sibi evenisset, demonstrat, deinde servos suos ab adversario ad tormenta non esse admissos cooqueritur. Qnis fuerit Nicomachus nescimus; juvenis videtur esse ex §. 29, cum illo contra quem extat Lysiae oratio omnino non consudendus. Neque quia snerit reus scimus; divitem eum suisce appetet ex §§. 14. 21. 31. Atque ipsa oratio quando habita sit incertum est. Reum excidisse oleam (§. 11.) arbente Suniade Ol. 95, 4. (cf. Boeckb. O. c. II. 288.), longo demum tempore post (§. 42.) Nicomachus accusaverat, quod eo minus defiviri potest, quod hujus actionis non erat praescriptio (§. 17. cf. Schoem. Proc. 637.). Kruegerus (ad Clint. p. 105.) et Westermanus conjecterunt, or. esse habitam Ol. 96, 4., Franzius (ed. Lys. p. 252.) Ol. 96, 3. Actio περὶ τοῦ σηκοῦ ἐκκοφθέντος deferebatur ad Regem ejusque judices sunt Areopagitae (ω βουλή §. 1, 5, 7, 9 etc.). Aliae erant poenae in judiciis de ἔλαισις, aliae de σηκοῖς excisis. De illis cf. Hefster. Gerichtsverf. p. 188. Meier. Proc. p. 251. Schoem. ib. p. 613. De his antem viri docti dissentient. Muellerus enim (Minerv. Pol. p. 30.) mortem suisce poenam statuit; idque confirmari videtur nonnullis hujus or. locis, §. 14: πολλὰς καὶ μεγάλας ζημίας, §. 15: περὶ τῆς μεγίστης ζημίας, §. 26: περὶ τῶν τοῦ σώματος κινδύνων. Rectius vero Meierus (de bon. damo. p. 101., Proc. 302. 306.), Hefsterus (Gerichtsv. p. 148.), Bremerus (praef. b. o.), Wachsmuthius (antt. Gr. II, 1, 262.) statuerunt, exilium et bonorum publicationem damnati poenam suisce; id quod distincte indicant §§. 3. 32. 41., σώματος vero κινδύνων §. 26. recte explicuit de exilio Meierus (de bon. damn. p. 282.).

---

### 8. Κατηγορία πρὸς τοὺς συνουσιαστὰς κακολογιῶν.

Lysiaeae an alias sit hoc opusculum Taylorus et Reiskius in dubio reliquerunt; Franzius (ed. Lys. p. 250.) quin scriperit Lysias c. Ol. 92, 3. non dubium esse statuit; elucere enim in ea quasi scintillam landis oratoriae quam postea consecutus est Lysias. Spengelio (*συναγ.* p. 125.) praeter Eroticum apud Platonem sola superstes exercitatio ante anachriam colecta esse videtur. De auctore igitur viri docti inter se dissentient, hoc vero inter eos constat, propter obscuritatem rerum, ut Reiskii verbis utar, et minutaruim iu se et adumbra-

Mirum magis, quam expositarum multa necesse esse nobis abdita et impervia manere. Nescio num aliam orationem inventias, cuius textus tam sit corruptus, sententiae tam disiectae, ut ne argumentum quidem quodnam tractetur me plane intellexisse confitear. Multis locis de restitutione textus desperes, ut iis quae §. 10. dicta sunt, interpres emendationes diversissimas singuli adtulerint, ex quibus diversissimus sensus exprimitur: Taylorus vero: „in tanta impuritate, ait, hoc vel illud recte emendari quis dicet?“; tum §. 11. quae ab initio leguntur pari modo offendunt eademque diversissime emendata sunt; §. 13. ὅτι φέρε ο. τ. λ. meudis scatent; quibus plura facile addas. Ex oratione tam depravata multa mihi non baurienda erant; tamen quae mea sit sententia exponam. Reiskio constare videbatur, non esse haec orationem forensem, sed epistolam seu formulam renuntianda amicitiae; „cujusmodi formulam, inquit, aliam superesse vehementer dubito; haud equidem memini“. Sed ne dicam de formula, certe haec epistola non est, ut recte monuit Spengelius; hoc enim prooemium jam indicat (*εἰπεῖν, πάρεισι* etc.). Dobreo videtur excerptum esse quale or. c. Theomnestum II da; sed et hoc non statuerim. Recite, si quid video, Spengelius exercitationem eam esse conjectit; quamvis ex argumento nihil colligas; hoc enim est: Orator duas partes alloquitur, alteram accusat, alteram ut aequa sibi sit orat (§. 1.), tum vero illos tantum alloquitur iisque perfidos mores objicit. Istorum princeps esse videtur Diodorus quidam (§. 10. sqq.), quem jam ab initio ut accuset sibi vindetur sumissete (*ἐνοχλεῖ ο. τ. λ. §. 4.*). Vos, adversarii, inquit, me invitatis vobis me socium adjunxisse evulgastis; sed meam consuetudinem si voluissetis abrogare, palam amicitiam renuntiare neque palam quidem eam observare, occulte vero conviciis me consecrari debebatis. Sed non erat cur meam societatem evitassetis; nihil vobis eram inferior (§. 7.) neque ex vestra erga me agendi ratione convicia in me conjecta cognovissem, sed ab alio certior sum factus; illi autem eo minus diffisus sum quod quales nunc vos mihi praebuistis jam antea vos egistis (§. 8. 9.). Polycli enim XII. minas dederam, pro quibus equum pugnus acceperam (cf. Boeckh. O. c. I, 81.); equum autem ex pugna desfatigatum quum equidem restituere ac pecunias Polyclem reddere mihi vellem Diodorus hic intercessit, exhortans ne equum restituerem, atque dicens Polyclem sine controversia pecuniam redditurnam esse. Tum vero equo mortuo Diodorus ab adversariorum partibus stetit atque me pecunias reddendas injuste postulare contendit (§. 10.). Qua

ex causa Polycles cum coram diaetetis res ageretur statuit, meos ipsos necessarios injustam esse causam meam confessos esse vosque nonnullos quominus me defenderent arcoisse. Infitias nequit ire Diodorus se omnia sermonibus vulgasse (§. 12. 13 cf. Dobrei ann.). Sed iam elucet quas fraudes vos sitis marbinati; jam prius conclamasti Tbrasymachum mea canssa Diodoro et Eunyptolemo maledixisse, examine vero instituto utrumque esse fictum apparuit (§. 14. 15.). Sed nunc ex occulto in lucem prodiisti. Evidem facilius eram, vobis credere, cum in opinione essem vobis omnibus me esse carum neque cogitarem, sicuti vos alterum alteri, vos mibi quoque maledicere (§. 16. 17.). Ex vestra igitur societate, ex qua nullum fructum capio, nunquam enim in iudicio me adjuvistis (cf. Schoem. Proc. p. 709. sq.), ex illa igitur alio discedo; si ego abiero ( $\mu\eta\ \xi\tau\omega\ \text{Markl.}$ ), alias vestrom probris fitetur, atque hoc fere modo ceteri, superstili vero nonnisi maledictio in se ipsum reiicienda remanebunt; ego autem hunc certo discedendi fructum capiam, ut nihil mali mihi illatur sitis (§. 18 — fin.). — Si argumentum solum spectes quin oratio revera sit babita in ἔταιρία quadam vix dubites. Sed primum nonnulla extant quae Lysiam non esse auctorem significare videntur. Antithesium enim genus ab oratore mirifice frequentatum est, v. c. §. 1: πάρεισι μὲν etc. et πάρεισι δὲ; §. 2: ἀνιαρὸν μὲν οὖν etc. et ἀδύνατον δὲ μή; §. 3: τὰ μὲν λέγειν, τὰ δὲ ποιεῖν; §. 7: ἐγὼ μὲν ὥμητος etc. et οἱ δὲ ἄρα. Orator deinde quamvis multa, admixtrata magis quam exposita sint, tamen aliis locis verbosus est dictaque repetit, v. c. §. 2: καὶ τοὺς δοκοῦντας etc. §. 3: βοηθῶν οἷς ἐξημάρτηκε; ibid. κάκεινος ἐπῆγγειλε superfluum est. Tum structura sententiarn verborumque quam contorta et confusa sit, ex tota oratione facillime cognoscas; etiamsi enim textus foedis vitiis scatet, tamen multorum culpam in auctorem conferas; §. 5. propter ὑμῖν antecedens πάντα ποιοῦντες etc. offendit. §. 8. τοὺς τελευταῖοὺς quid est? nec desunt quae οὐσια verborum Lysiaceum laedant; §. 1: ἐπεγκαλῶ pro ἐγκαλῶ nescio dum alias Lysias dixerit, ut qui simplicia verba eligat; ibid. μέμψασθαι τοῖς ἀδικοῦσιν pro τοὺς ἀδικοῦντας, „accusare” enim significat, vix apud Lysiam reperias; §. 2: ἐναντίον τῆς ἐλπίδος pro περὶ ἐλπίδα mira locutio etc. Oratio igitur quia multum a ceteris orat. Lysiae dissipet et tota res viuis est exilis, quam ut postea a Lysia explicitam existimes, Spen-gelius et Franzius opus esse c. Ol. 92. confectum conujeceraut. Ex illo tempore oabis Lysiae Eroticus in Phaedro Platonis

servatus est, in quo simili modo sententiae sunt disjectae, sermo perplexus. At Eroticus a nostra oratione diversissimus est; in illo enim antithesum genus frequentatum esse negari quidem non potest, sed ex argumento ipso, quia amantem ei qui non amet opponi necesse fuit, sicut neque contortius in aliis rebus usurpatum est; tum in Eritico verbositatem qualis in nostra oratione extat, non repertus. Denique autem quia non oratio est, sed epistola, eni<sup>m</sup> leges oratoriae sunt aliae, Eroticum non comparaverim cum nostra oratione. Quo modo si comparari cum Eritico hocce opus nobis est, veitum, nihil aliud Lysiacum ex Ol. 92. servatum esse videtur (De oratione pro Polystrato cf. infra.). Mibi vero etiamsi nostra oratio vel nisi exercitatio erat, sententia Lysiae dictionem qualis Ol. 94. fuerit valde differre ab illa quam c. Ol. 92. exerceretur, Iubrica esse videtur, qua ex re nostram orationem a Lysia esse abjudicandum polaverim. Hanc meam argumentandi rationem levissimam quidem esse satis video; sed ex oratione tam exili alia argumenta vix ernal, ut sensu naturali, anticipi sane testimonio, judicandum sit. Ceterum opus ex umbra prodiisse alia quoque verba indicare mihi videntur, ut §. 7: verba σοφωτάτους et ἀμαθέστατους; et §. 10: φιλοσοφοῦντες, ibid. τὸν ἐναντίον λόγον. Utnt autem de auctore judicemus, certissimum est orationem non esse forensem, a forensi enim κακηγορίας s. κακολογίας actione (cf. Meier. Proc. p. 481. sqq.) multum differt.

### 9. Υπὲρ τοῦ στρατιώτου.

Laudat Harpoer. Δικαιώσις. Λυσίας ἐν τῷ περὶ τοῦ στρατιώτου, εἰ γνήσιος καὶ μάλα τὰς δικαιώσεις φησὶν ἀντὶ τοῦ δικαιολογίας (§. 8.); ex eo Zonar. δικαιώσις· κατάκρισις· δικαιώσιν τὴν πρεπαδεστάτην. Λυσίας δὲ ὁ ἔντωρ δικαιώσεις τὰς δικαιολογίας λέγει. Cramer. Aueed. Οχον. II. p. 493, 2: Δικαιώσις. Λυσίας τὰς δικαιολογίας — λέγει.

Polyaenus miles emeritus tertio anno ante hanc orationem habitam Athenas revertit. Duos menses nondum ibi moratus denuo in castra exire jubetur, frostra apud copiarum ducem queritur. E civi deinde quodam compertit, duces se ipsum in vincula injecturos minatos esse; injuste eom Polyaenum queri, quia Callicrates, tribunus ejus, jam in castra abierit. Quo comperto suribundus ad Phileac cujusdam argentariam accedit

ibique ducibus conviciatur (§. 5.). Magistratni malediri legibus vetitum erat, ita ut enim qui sibi maledixisset pecunia posset multare, quod si magistratus praetermisserat, iste ἀτιμος crimine ipso est factus (cf. Meier. Proc. p. 483.). Mites igitur duces erant, cum Polyaenoo multam irrogarent. Sed Polyaenus dicit (§. 6.), tum demum ei quis magistratui in curia conviciatus sit, eum multandum esse. Sed hoc falsum; ubique illi malediceretur lege erat interdictum. Taylorus igitur ἄρχην significare „omnino” statuit; hoc vero neque cum praecedentibus verbis (*διείλεξτο ἐπὶ τοῦ Φιλέον τραπέζα*) congruit neque λοιδορῶ cum ἐν construitur (cf. Meier. Proc. 483. Schiller. ad Audac. p. 86.). Polyaenus b. I. causidicorum more leges periniscet, alteram de poena iis irroganda, qui magistratui quovis loco conviciati erant, alteram de iis, qui in templis, curiis etc. quemlibet hominem cavillati erant, pecunia multandis. Jure igitur strategi Polyaenoo multam irrogaverant, sed cum eam per quaestores exigendam non curavissent (cf. Meier. Proc. p. 34.), exenote demum magistratu in album relatam aerarii praefectis tradiderant. Ii vero causa cognita primum strategis ut moltam remitterent, snaserunt; quod quoniam iis persuadere non potuissent, judicij periculum suscipientes rem iudicatam labefactarunt (cf. Boeckh. O. c. I, 168. Hefster. Gerichtsv. p. 418. sqq. Meier. Proc. p. 32. Lelyveld. do infam. p. 228. sqq. Hermann. autt. Gr. §. 151.). Strategi vero ipsi injustam fuisse suam agendi rationem intellexerunt; neque eorum in rationibus quas de muovere administrato reddiderant, illam rem commemoraverant neque eam ad judicium detulerant (cf. Meier. Proc. p. 219. sq.). Nihilominus adversarii partem rei familiaris Polyaenii literis mandaveront, ut ex ea publicata illa ἐπιθολή quam strategi irrogaverant, solveretur (*ἀπογραφή* §. 21. cf. Meier. de bon. damn. p. 201. sqq. Proc. p. 253. 258.). Actio delata est ad XI. viros (cf. Meier. Proc. p. 359.), quibus praesidibus res dijudicatur ab Heliastis. Polyaenus postquam adversarii dixerunt bac oratione se defendit. — Harpocratio dubitavit nom Lysiae sit oratio, mibi vero in oratione ipsa nihil iusses videtur, quod subditam eam indicet. Franzius quidem (ed. Lys. p. 250.) statuit orationem esse minus perpolitam atque fortasse jam Ol. 92, 3. scriptam; sed non video, qua re oratio haec a ceteris Lysiauis differat. Neque scio quando sit habita. Dobreus (advv. p. IX. Dobs.) mitte errat tertio anno post archontem Ctesiclem (Ol. 111, 3.) or. scriptam esse putans; sermo enim est de Ctesicle stratego ejusdem tribus (cf. Hermann. autt. Gr. §. 152. not. 6.), cujus

Polyaenus erat, nec de archonte Ctesicle, quem significari etiam Meursius et Hessterus (p. 418. 447.) putaverunt. Boeckhius quidem thesmothetarum nūnum laudari opinatur (ind. lect. u. Berol. 182<sup>7</sup>), sed non assequor, quare Polyaenus nūnum thesmothetarum prae ceteris laudaverit; euidem Meiero (Proc. p. 483.) assentior, licitum esse magistratui homini qui ipsi sit conviciatus ἐπιθυμήν irrogare. Corsinns (f. A. I, 8, 13.) de Polemarcho cogitavit. — De Sostrato denique, quem orator cum de iniuricitia adversariorum loquitur commemoravit cuiusque magna in republica videtur fuisse auctoritas, nihil compertum habeo, quamobrem tempus orationis omnino non videtur definiri posse.

## 10. Κατὰ Θεομνήστον.

Harp. et Phavor. v. ἀπίλλειν, Λ. ἐν τῷ κατὰ Θεομνήστου, εἰ γνήσιος „ἀποκλείειν νομίζεται” (§. 17.); Harp. ἀπόρρητα, τὰ ἀπειρημένα ἐν τοῖς νόμοις Δημοσθεν. — τίνα δὲ ἦν ἀπειρημένα λέγειν εἰς ἄλληλους, δεδήλωκε Λ. ἐν τῷ κατὰ Θεομν. εἰ γνήσιος ὁ λόγος; id. v. Ἔπιωρχήσαντα Λ. κατὰ Θεομν. ἐξηγήσατο δότι τὸ ἐπιωρχήσαντα δύσσαντα ἔστιν (§. 17.); id. v. οἰκέως. Λ. ἐν τῷ κατὰ Θεομν. ἐξηγούμενος ὡσπερ τὸ δυομά φησιν „τὸ δὲ οἰκέως, θεράποντος” (§. 19.); id. v. πεφασμένης, Δυκοῦργος κ. τ. λ. Λυσίας δὲ ἐν τῷ κατὰ Θεομν. εἰ γνήσιος, φησὶ „τὸ μὲν πεφασμένως ἔστι φανερῶς; Suid. et Phot. p. 427, 2. πεφασμένος κ. τ. λ. Λυσίας δὲ πεφασμένος ἀντὶ τοῦ φανερὸς λέγει (§. 19.); Harp. v. ποδοκάκκη κ. τ. λ. Λυσίας δὲ ἐν τῷ κατὰ Θεομν. εἰ γνήσιος, ἐξηγεῖτο τοῦνομα φησὶ γάρ „ἡ ποδοκάκκη αὐτό ἔστιν ὁ νῦν καλεῖται ἐν τῷ ἔντλῳ δεδέσθαι” (§. 16.).

Argumentum orationis brevissimum est: Nimirum paullo ante hanc actionem a Lysitheo quodam per εἰσαγγελίαν Theomnestos reos factus erat, quod quamvis scutum in proelio abjecisset tamen pleno civium jure iteretur (§. 1. cf. Schoem. de com. p. 198. Meier. de bon. damo. p. 123. Proc. p. 264. 365.); qua in causa testes fuerant Lysitheo Dionysius quidam et actor; Theomnestus deinde absolutus Dionysium falsi testimoniū accusavit, qua in causu iterum testis fuit actor Dionysio (δις §. 30.); denique orator Dionysio damnato κακηγορίας accusat Theomnestum quod sibi maledixerit se patrem interfecisse. Erant enim ἀπόρρητα quaedam, quae cuique

homini quocunque tempore locoque exprobrari vellitum erat, ut ἀνδροφόνος, φίλασπις, πατραλοίας, μητραλοίας (cf. Meier. Proc. p. 481 sq.). Res jam a diaeteta dijudgeta erat (§. 6.), quo in iudicio Theomnestus in verborum captationes effugerat et statuerat, se quidem dixisse actorem interficisse ipsius patrem, sed non eum esse parricidam. De diaetetae iudicio nihil notum est, sed Theomnestus absolitus esse videtur; aut actor deinde aut reus provocaverat ad thesmothetas (cf. Meier. Proc. p. 484.), coram quibus habita est haec oratio, qua rei exceptiones ineptas, nihil nisi verborum captationes esse legimus que sensum neque literas esse observandas luculententer demonstrare studet orator. Quam ob rem oonullas Solonis leges recenset inque iis probat verba quidem obsoleta esse, neque sua ipsius aetate ab omnibus intelligi (cf. Schoem. de com. p. 266. sq.), nihilo vero minus easdem observari. In hisce legibus recensendis magna ex parte oratio versatur eamque ob causam est memorabilis; pleraque vero de sensu verborum ἀπορογήτων disputantur. Alia autem quae rens possit objicere brevibus verbis aggreditur actor, v. c. si fortasse rens se ira esse deductum sit oblocuturas: se ipsum autem non esse parricidam ab initio demonstrat. Harpocratio num genina Lysiana esset oratio dubitavit; quibus ex causis, nescio; sermo enim est revera Lysiacus. Fortasse dicas expositionem tam tenuem verbosamque esse, ut Lysia indigna esse videatur. Sed si, ut equidem credo, Theomnestus apod diaetetam legum sua interpretatione verborumque lusu vicerat, actor apud Heliastas non potuit quia totus in eo versaretur, ut adversarii argumentationem nugosam refelleret. Tempus quo oratio habita sit, statuendum est ex §. 4: ἔμοὶ ἐτη εἰσὶ τοιάκοντα τοῖα, ἐξ ὅτου δ' ὑμεῖς κατεληλύθατε, εἰκοστὸν τούτῳ. Ex his verbis viri docti alii aliud tempus explicnerunt, Clinto et Franzius (ed. Lys. p. 252.) Dexitheum archontem Ol. 98, 4., Kruegerus (ad. Clint. p. 113.) et Westermannus archontem Diotrepheum Ol. 99, 1., Dobreus et Franzius in diss. de Lys. p. 18. archontem Phanostratum Ol. 99, 2. Vera est Kruegeri ratiocinatio, sive Ol. 94, 1. sive Ol. 94, 2. exules rediisse statuensis. Orator enim non dicit, ab illo tempore XX. annos praeterlapsos esse, sed hunc ipsum annum esse vicesimum. Aestate aut nocturno a. 403. redierunt; oratio igitur 38½ Ol. 99, 1. archonte Diotrephe habita est. Quum pater a XXX viris necaretur, orator fuit τρισκαιδεκέτης, nunc vero annos τριάκοντα τρεῖς natus est; pater ergo Ol. 94, 1. occidit. Kruegerus (bist. phil. Studien p. 263.) quare sententiam suam un-

perrime reliquerit et orationem OL 98, 4. habitam esse statuerit, non assequor.

### 11. Κατὰ Θεομυῆστον B.

Hanc orationem non ipsius Lysiae, sed abbreviatoris cuiusdam esse recte statuerunt Scaliger (ad marginem sui exemplaris), Tayloros (praef. ad h. or. et or. adv. Theomn. I.) et Marklandos (ad p. 345. 347.); cum iis consentiantur Kruegerus (ad Clio. p. 113.), Franzins (ed. Lys. p. 304.), Westermannus, Dobreus, P. van Lelyveld. (de insam. p. 111.). Alia sententia quam protulit Tayloros, primum hanc orationem coram diaetetis, tum orat. I. coram judicibus habitam esse, rejecienda est (cf. Huetwalcker, de diaet. p. 81. sq.). Harpoeratio unam solum orationem adv. Theomn. novit; atque haec nihil est nisi epitome prioris; nam eadem est causa, idem ordo, eadem inveniuntur argumenta, eadem verba; vobis variavit nisi quod pro τριάκοντα τρια et τρισκαιδεκής posuit rhodologia, ut crediderim, turbatus, δύο καὶ τριάκοντα et δωδεκατης. Tironem indicat §. 1: μαρτυροῦσι πόλλοι ὑμῶν, ubi rectius Lysias: μαρτύρων οὐκ ἀπορίαν μοι ἔσεσθαι δοκῶ etc. Tum pro Πανταλέων (or. I. §. 5.) habet πάντα λαβῶν, quibus verbis item indicare videtur, quām rhetores sexcenties declamaverunt; pater scilicet quidam habuit filios Leōnem et Pantaleonem et in testamento scripsit: ἐχέτω τὰ ἐμὰ πάντα Λέων; eo mortuo, his exorta est, utrum legendum sit: τὰ ἐμὰ πάντα Λέων an τὰ ἐμὰ Πανταλέων (cf. Quiot. VII, 9, 6. Hermog. περὶ τῶν στάσ. p. 23. Ald. p. 15. T. III. W. ejusque schol. ap. Walz. T. IV. p. 273. 275. T. III. p. 488. T. V. p. 108. T. VI. p. 611.).

### 12. Κατ' Ἑρατοσθένουστον γενομένον τῶν τριάκοντα, ὃν αὐτὸς εἶπε Λυσίας.

Hanc orationem laudant Platarchns (bellon. an pac. clar. fuer. Athen. c. 8. et vit. Lys. p. 323: κατὰ τῶν τριάκοντα), Harpoer. Δαρεῖκος: Λ. ἐν τῷ κατ' Ἑρατοσθένους ἐνὸς τῶν τριάκοντα (§. 11.); Id. ἐλιτῆρες, ἐνωτιῶν εἴδος. Λυσίας. (§. 19.); Id. Θεόγνις: Λ. ἐν τῷ κατ' Ἑρατ. οὗτος εἰς τὴν τῶν παρ' Αθηναίοις τριάκοντα τυφάννων, καθά φασιν

ἄλλος κ. τ. λ. (§. 6.); Θηραμένης, Α. ἐν τῷ κατ' Ἑρατοσθένους, ὃς ἀνηρέθη, κατηγορούσαντος αὐτοῦ Κοριτίου ἐπὶ τῶν τριάκοντα (§. 62. etc.); Πείσων, Α. ἐν τῷ κατ' Ἑρατ. εἰς τῶν τριάκοντα τῶν παρ' Ἀθηναῖοις τυραννησάντων (§. 6. et alibi); Πολέμαρχος, ὅτι (δὲ) καὶ ἀνδριον ὄνομα ὁ Πολέμαρχος τοῦ Λυσίου ἀδελφὸς αὐτὸς τε ὁ Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Ἑρατ. καὶ Πλατων κ. τ. λ.; Id. Χαρικλῆς, εἰς τῶν λ. Λυσίας. (§. 55.); Schol. Aesch. in Ctes. §. 194. Κέφαλος] Λυσίας κατ' Ἑρατοσθένους τοῦ γενομένου τῶν τριάκοντα (cf. quae p. 9. dixi.); Poll. IX, 5: καὶ που (ό Λυσίας) καὶ ἔργαστηριον (§. 8.).

Eratosthenes fuerat unus quadriagentorum; post pugnam deinde ad Aegospotamos commissam cum Critia iuter quinque ephoros erat (cf. Boeckh. O. c. II, 264. 253. sq.), qui ex ἔταιροις prodierunt (§. 43); tum unus erat triginta virorum, quibus ex urbe expulsis solus cum Phidone Athenis remanserat (§. 54.). Postea vero libertate restituta ex decreto oblio-  
vio rerum factarum in illos quoque ex XXX viris cecidit, qui  
quorum facinorum rationem velleut reddere. Eratosthenes igitur cum rationem illam redderet, haec oratio Lysiae ἐν εὐθύναις habita est, ut recte Miciens (de bon. damo. p. 188.) statuit. Haec est tua oratio, quam Lysiam ipsum habuisse  
scimus; pulcherrima est optimisque argumentis exornata. In-  
tio calamitates quas ipse per XXX viros acceperit describit, tum  
fratris Polemarchi ejusque conjugis, snaque ipsius ac familiae  
suae de re publica merita in lucem prosert; tum Eratosthenem  
acerbis aggreditur interrogationibus omnesque ejus excusationes  
splendide refutat (§. 25. sqq.); rogat ut cives poenas sumant  
ab Eratostheni (§. 35.); ullam enim esse rem qua se possit  
excusare, scelera tantum eum commisisse; ante XXX virorum  
dominationem rempublicam evertens eum studuisse (§. 42.);  
uonum fuisse ex XXX. viris talique monere illegitimo funetur  
esse scelestissime (§. 48.); XXX. viris ejectis eum solum cum  
Phidone in urbe remansisse, utrumque fuisse inter se con-  
junctum; Phidonem autem uonum τῶν δεκαδούχων factum esse  
et in cives saevisse (§. 54. sqq.). Hac narratioque de X vi-  
ris interjecta ut Eratosthenem familiarem et collegam in XXX  
viratu Phidonis in invidiam adduceret orator transit ad argu-  
menta afferenda, Theramenem, qui quod a XXX viris necatus  
sit jam landetur cuiusque familiaritate se excusari posse Era-  
tosthenes speret, quoquoque tempore rei publicae noxiū fuisse  
(§. 62 — 78.). Esse quidem qui Eratosthenem velint defen-  
dere, sed nihil extare quo iste possit defendi; poesam igitur

ab eo esse sumendum. In fine orator primum cives ἔξ  
ἄστεος, tam cives ἐκ Πειραιῶς alloquitur (§. 95.) iterumque  
monet ut rem pugnent; ἀκηκόατε, ἐωράκατε, πεπόνθατε·  
ἔχετε, δίκαζετε.

Oratio historiam illius temporis in multis rebus illustrat,  
de factionibus enim oligarchicis a dominatu quadriagentorum  
usque ad XXX. viros plura gravis momenti affert, Theramenis  
vitam publicam breviter et perspicue depingit (cf. Wachsmuth,  
auct. Gr. I, 2, 200.); tam de ἰσοτελῶν statu accuratius  
coguoscendo caput est et fons. Veteres eam diversis titulis  
inscriptam laudare non est quod mireris; Eratosthenes cuim  
cum unus XXX. viroium fuisset omnes suos collegas quasi  
repraesentat, quare orator tum Eratosthem solum, tum omnes  
accusat, cf. ispr. §. 37 et 38. Quo tempore oratio sit ha-  
bita, facillime licet definiamus. Exules modo reduces suat  
facti, cives adbuc distinguuntur inter cives ἔξ ἄστεος et ἐκ  
Πειραιῶς, peregrini qui, ut videtur, auxilium exilibus pre-  
buerant, veluti Thebani, in urbe adbuc sunt (ἐπιδημοῦσι), et  
εἰσονται, ait orator, πότερον ἀδίκως τοῖς τριάκοντα ἐκκη-  
ρύττοντιν ἐκ τῶν πόλεων ή δίκαιως (§. 35.); oratio igitur  
habita est Ol. 94, 2. hieme a. 403. (Franz. ed. Lys. p. 251.  
Ol. 94, 1.), cf. Krueger. ad. Clint. p. 93. — Iudices fuerunt  
Heliastae; apud quos vero in hoc judicio praesidium fuerit  
ignorare me confiteor; causa erat extraordioaria neque scio  
num haec quoque curaverint judicandam Logistae; rectio  
Meierus (Proc. p. 307.) et Schoemannus (ibid. p. 143.) sta-  
tuuisse videntur causam fuisse γραφὴν φόνου in Delphino  
Rege praeside disceptatam.

### 13. Κατ' Ἀγοράτον ἐνδείξεως.

Ex hac or. citant Priscianus XVIII, 25. p. 233. Krebl.  
Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Ἀγοράτον ἐνδείξεως. Οὐ γὰρ δῆπου  
οὗτως ἐκεῖνοι ἀνόητοι ησαν καὶ ἀφίλοι, ὡστε περὶ τηλι-  
κούτων [άν] πραγμάτων πράττοντες Ἀγορατὸν ὡς πιστὸν  
καὶ εὔγοννον δοῦλον καὶ ἐκ δούλων ὅντα παρεκάλεσαν”  
(§. 18.) et l. XVIII, 30. p. 263: Λυσίας κατὰ Ἀγοράτον  
ἐνδείξεως; „Καὶ τό γε ἐπ’ ἐκεῖνον [εἴναι] ἐσώθης.”  
(§. 58.); Harp. Χολλεΐδαι: Λυσίας. δῆμος τῆς Λεοντίδος  
(§. 58.); Said. ἡ φρυκτός. Καὶ Παραφρυκτωρευόμενος:  
Οἱ κακονυροῦντες περὶ τὰς φυλακὰς καὶ φρυκτοὺς ἀνα-  
τείνοντες ἐναντίους τοῖς πεπιστευκόσι τὴν φυλακὴν ἐπὶ

τῶν συμφέροντι τῶν ἀντικαθεῖσμένων, παραφρυκτωρεύεσθαι λέγονται (cf. Bekk. An. I. p. 298, 13), ὡς φησι Λυσίας „Τούτων εἰς ὁ πρεσβύτερος ἐν Σικελίᾳ παραφρυκτωρεύμενος τοῖς πολεμίοις, ληρθεῖς ὑπὸ Λαμάχου ἀπετυμπανισθη” (§. 67.), quae verba ipse repetit v. *Παραφρυκτωρεύμενος et usque ad v. Λυσίας Phavor. v. παραφ.*

*Agoratus* caedis accusatur Dionysodori, cuius uxoris frater est actor. Cum tota oratio in hac re versetur neque in alias evagetur, ex ordine argumentum apponam. Dum Athenienses cum Lacedaemoniis de pace agunt, optimates conjurati rempublicam evertendi consilium capiunt, (§. 5 — 6.); Cleophon vir popularis e medio tollitur (§. 7 — 12.); Theramenes iarpissimas pacis conditiones secum fert: cum ducam centurionumque nonnulli, inter quos Strombichides et Dionysodorus, se opponant (§. 13 — 16.). Theramenes ceteraque conjurati huncce Agoratum ut illos viros bonos accuset concitant. Quid consilium astute struitur. Theocritus enim Elaphosticti f., Agorati amicus, viros esse qui in rei publicae exitium sint conjurati ad senatum defert; quorum nomina indicare sibi quidem ipsi jurejurando obstricto non licere, alios vero futuros qui deferrent (§. 17 — 22.). Quo iudicio delato Agoratus in eo est ut comprehendatur; sed Nicias, Nicomenes, Aristophanes Chollides (§. 58.), alii (cf. Schoem. Proc. p. 518.) pro eo spondent; tum ut effugiat rogant, etiam se comitatores esse promittunt (§. 23 — 26.). Nihilominus Agoratus non solum Athenis manet, sed sisit etiam in iudicio snosque vades, duces, centuriones, alios denunciat (§. 29 — 32.), qui extemplo comprehenduntur. Quam vero Lysander urbem cepisset, de illis viris populus quidem quominus judicet (cf. Schoem. de comitt. p. 219. Proc. p. 139.) arcetur, sed senatus aperta suffragia fert, (§. 33 — 37. cf. Schoem. Proc. p. 722. Hermann. progr. ad natal. elect. Hass. celebr. 1836. p. 47.), omnesque praeter Agoratum capititis condemnantur (§. 38.). Dionysodorus in vinculis per Agoratum se perire confessus, actorem et Dionysium fratrem omnesque amicos ut se tunciscerentur rogavit; uxorem quam ex se gravidam putavit ut filio postumo poenas ab Agorato repetandas etiam atque etiam commendaret obtestatus est (§. 39 — 42.). Iis qui soli quominus respublica detrimentum caperet poterat defendere per Agoratum necatis merae calamitates sunt secutae (§. 43 — 48.). Quorum igitur omnium culparum Agoratus quibusnam rationibus a se avertere potest? Neque se neminem reum fecisse potest probare (§. 49 — 54.); multarum rerum criminis in Menestratum Amphitropaeensem

deferet; qui vero ab Agorato reus factus alios ut suam ipsius vitam servaret accusavit, ita ut iste illorum quoque qui per Menestratum perierunt, fieret interfector (§. 55 — 57.). Tot viros optimos qui necavit Agoratus quis tandem est? Servus, Eumaris servi filius, sycophantiae causa jam decies mille drachmis multatus (cf. Boeckh. O. c. I, 411. Heffler. p. 185. Meier. Proc. p. 335. Schoem. ad Isae. p. 345.), in adulterio deprehensus eamque ob causam jam pridem morti obnoxias (§. 57 — 70. Meier. Proc. p. 330.), frater fratribus pessimis dignus. Phrynicum se interfecisse atque hanc ob rem civitatem accepisse dicet; falsum est; si verum esset, XXX viri eum necassent; sin verum esset at XXX viri ei pepercissent, inde eum illis facillimum, reipublicae vero maxime onus fuisse sequeretur (§. 70 — 76.). Phylen se confugisse dicet; revera, sed effugium ipsum protervissimum fuit; vix Anytus quomodo iste ab exilibus necaretor impediit; nemo fuit qui cum eo versaretur (§. 77 — 80.). Exules quoniam redirent Aesimus eum scuto abjecto ex agmine civium pompam Miner-vae duceatium extrusit (§. 80 — 82.). Serius fortasse profet nos poeas a se repeteret; sed talia facinora nulla vultus in firmantur (§. 83. 84.); ne dicat porro, nostrum libellum ut-pote cui ἐξ αὐτοφωρῶ sit inscriptum falsum esse; sed errat, saue ἐπ' αὐτοφωρῶ comprehensus est (§. 85 — 87.); neve ad obliviosis decretum provocet, quod inter cives ἐξ αστεος et ἐξ Πειραιᾶs solum viget, minime inter exules ipsos re-versos (§. 88 — 90.). Huncce virum qui et rempublicam revertit et suum patrem verberavit (cf. Meier Proc. 292. Leyveld. de iofain. p. 147.), qui supplicium jamdudum commen-ruit, capitis condemnate neye eo absoluto bonos viros quos iste necavit condemnare videmini (§. 91 — 97.). Hisce verbis actor orationem fioit; ex qua multa de optimatum et qui secuti sunt XXX virorum conatibns dominatum populi suos delendi docemur, de obliviosis decreto quateous viguerit simus certiores, nisi rectius statuere videamus, eam circumscriptionis rationem quam orator deliveavit, lege non esse stabilitam. Quod viros qui in or. memorantur, attinet, Agoratum et Dionysodorum, nescio an aliis locis collaudentur. De actione autem quae in Agoratum instituta est pauca mibi mouenda sunt; quod vero difficultimum est cum ea quae §. 86. dicuntur valde corrupta sint. Titulus orationis falsus est; Agoratus non per ἐνδειξιν, sed per ἀπαγωγὴν (§. 85. cf. Meier. Proc. p. 224. sq. 231. 307.) erat delatus. Dionysius frater Dionysodori Agoratum ad XI. viros detraxerat per ἀπαγωγὴν φονου

(cf. Meier, Proc. p. 227.): quae in illis tantum capsis facta esse mihi videtur, ubi rens in scelere erat reprehensus ( $\epsilon\pi'$  αὐτοφάρω). In hac igitur causa ex lege nou poterat iustitiae; nam Agoratus quae perpetraverat scelera jam sub XXX virorum dominatu perfecerat, sola igitur γραφή φόνου accusari poterat. Dionysius ergo contra Agoratum illegitime egreditur neque adscripsérat libello suo v.  $\epsilon\pi'$  αὐτοφάρω, quae deinde XI. vii Agorato infensi addiderant. Agoratus summo jure contra Dionysium poterat se defendere, quod se illegitima actione esse delatum contenderet, atque huic praetextui actor occurrit commendo, optimo jure  $\epsilon\pi'$  αὐτοφάρω tabulae esse inscriptum; Agoratum enim in conspectu omnino Atheniensium ad XXX viros multorum nomina detulisse eorundemque factum esse intersectorem. Hic mihi sensus esse videtur §§. 85 et 86. atque ex eodem fere verba esse corrigenda censeo, Sluiteri emendationi praeципue assentiens; nam quae Bremius et Fraozius proposuerant, veri dissimillima mibi esse videantur; de accrata vero resistitio desperes fere quia ἀπαγωγή ipsa non satis nobis nota est. Explicationi quidem mcae verba oratoris §. 85. obstant, ex quibus  $\epsilon\pi'$  αὐτοφάρω nou necessario cum ἀπαγωγῇ coniunctum fuisse videtur atque hoc modo Meierus (Proc. p. 228.) explicuit; sed illa mihi ab oratore subdole esse exposita videatur, Agoratus autem totam actionem utpote cui τὸ  $\epsilon\pi'$  αὐτοφάρω sit proprium impugnaturus esse. Agoratum ergo a Dionysio ἀπαγωγῇ φόνου ad XI viros detractum in judicio quod ab Heliastis XI viris praesidibus habitum est frater uxoris Dionysodori accusavit nostramque habuit orationem, quae quo tempore sit habita definiri nequit. Franzius (de Lys. p. 8. et ed. Lys. p. 251.) Ol. 94, 2. posuit; sed ante Ol. 94, 4. vix habitam esse or. recte contenderunt Kruegerus (ad Clint. p. 97.) et Westermannus; orator enim dicit §. 83: μῆτε ἀν λέγη δὲ πολλῶ χρόνῳ ὑστερον τιμωρούμεθα· οὐ γὰρ οἷμαι μηδεμίαν τῶν τοιούτων ἀδικημάτων προθεσμιαν εἶναι χ. τ. λ. et §. 84: εἰ δὲ πάλαι δέον τιμωρεῖσθαι, ὑστερον ἡμεῖς τιμωρούμεθα. Nescio vero num etiam Ol. 94, 4. orationem habitam esse possimus statuere; Agoratus enim culpae aliquid in Menestratum conferendi consilium ceperat; quod esse irritum demonstrat orator; Menestratum enim ab Agorato accusatum cives, ut suam vitam servaret, ad XXX viros detulisse, attamen vero πολλῶ χρόνῳ ὑστερον ab Atheniensibus esse capitum deminutum (§. 56.). Quae de Menestrate sententia vix ante Ol. 94, 4. lata esse videtur; ea autem quia Agoratus de culpa in istum conferenda poterat cogitare,

aliquantulum certe in oblivionem videtur venisse atque ab oratore non significatur nunc demum dicta esse. Qnam ob rem oratio nostra paullo post Ol. 94, 4. scripta esse videtur.

#### 14. Κατὰ Ἀλκιβιάδου λειποταξίου.

Harp. et Phavor. v. Ἀλκιβιάδης ὁ Κλεινίου· ἦν δὲ καὶ ἔτερος πρόπαππος (i. πάππος) τοῦ προειρημένου, ὃν φησι Λυσίας ἐν τῷ κατ Ἀλκιβιάδου λειποταξίου, εἰ γνήσιος ὁ λόγος, αὐτὸν τε καὶ τὸν πρὸς μητρὸς πάππον δις ἔξοστραχισθῆναι (§. 39.).

Alcibiades Alcibiadis ducis illius celeberrimi f. bac oratione λειποταξίου accusatur. Oratio est δευτερολογία (§. 3. cf. Schoem. Proc. 708.) indequē testimoniorum afferendorum penuriam explicet. Alcibiades quamvis ioler hoplites erat conscriptus, tamen ἀδοκίμαστος (cf. Meier. d. bon. damo. p. 124. Hermann. de equit. Att. p. 14. 18. 21. 28. sqq.) inter equites militaverat, quod crimen actione λειποταξίου delatum est (cf. Meier. Proc. p. 364.). Quamvis igitur pingua non sit commissa, tamen justam esse accusationem primum ostendit orator (§. 5.) eoque magis reum punieundum, quoniam major ejus sit fama inter cives (§. 12.); defensores esse supplicatores ut propter patris virtutem filio iguosceretur; patrem vero nihil nisi calamitates patriae attulisse, neque aliis quidem propter majorum virtutes ignosci, si ipsi in rem publicam peccassent; neque strategis ipsis si precarentor absolutionem posse concedi, qua ipsa peccata protegi viderentur (— §. 22.). Tum Alcibiadem juviorem a teneris perditissimum hominem fuisse orator exponit; civibus, patri ipsi, Hipponeco sororis marito eum fuisse invisum (— §. 28.). Utū ipsum turpem, ita patrem reipublicae pestem fuisse, Lacedaemoniis Athenienses prodidisse, fraude redditum sibi recuperasse, ducem denuo factum hostes viuere non valuisse, CC talenta civitati rapuisse (cf. Boeckb. O. c. I, 315.), sponte deiude in exilium profectum esse, nave postremo Lysandro prodidisse (cf. Pausan. X, 9.) (— §. 38.). Rei patrem capit isse damnatum, ejusdem abavum Alcibiadem et aviae patrem Megaclem bis ostracismo exules factos esse; more igitur majorum rei publicae inimicum reum damnandum esse (§. 39 — 40.). Postremo cunctum ejus genus male se gessisse neque Alcibiadem postbac bonum fore civem. In hac actione λειποταξίου strategi et bipparchi ἡγεμονίαν δικαστηρίου habebant; judices autem erant ii mil-

tes, qui tunc militabant, quoniam ista delicta committereantur (cf. §. 14. 15. Schoem. de sortit. jud. p. 30. Proc. p. 133.). Poena damnati erat *άτιμα* maxima et exilium et publicatio bonorum (§. 44. 9. cf. Meier. de bon. damn. p. 124. 143.). Harpocratio num Lysiae esset oratio incertus fuit. Dictio suspicionem non confirmat; nihil declamatorem reddeat; quae facta est mentio impiorae Alcibiadis vitae, apta est; pulcher enim puer erat, sicuti pater, et apud Xenophontem quoque a viris amatis dicitur. Sophista certo de Alcibiade Cliniae plura clamasset. Evidentem igitur nescio quam ob rem ille num genuina sit oratio dubitaverit. Quo vero tempore sit habita, difficultissimum est explanatu. Kruegerus (ad. Clit. p. 111.) Ol. 98, 2. statuit; pacem enim istam §. 4. commemoratam non intelligi posse eam quae triginta viris ejectis composita sit; apparere ex § 39: τοῦ δὲ πατρὸς αὐτοῦ (i. e. Alcibiadis celebris) οἱ πρεσβύτεροι ὑπὸ Θάνατον κατέγνωσαν; pacem igitur Antalcideam significari. Hunc vero ratioinacioni obstant quae §. 13. legiuntur: καὶ οἱ σύμμαχοι αἰσθήσονται; quinam sunt οἱ σύμμαχοι? Per pacem enim Antalcideam omnes fere socii Atheniensibus crepsi erunt; tres igitur iusulas orator b. l. συμμάχους potuerit vocare? De aliis vero civitatibus liberis vix cogitarim, quia illa pace omnes res publicae societibus diremis intra nos fines coercerentur. Quinam porro sunt οἱ πόλεμοι? Omnes enim civitates Euagora excepto pacis esse particeps jussum erat. Alcibiades iste qui hic accusatur Isocratis de bigis orationem habuit; in qua nostram orationem enim respexisse Bremius conjecit; Isocratis vero oratio c. Ol. 96, 1. scripta est (cf. Krueger. ad Clit. p. 101.); Bremius igitur Franzio assentiri videtur, qui (ed. Lys. p. 251.) Ol. 95, 4. scriptam esse or. putat. Pax quae §. 4. commemoratur illam quae XXX viris ejectis composita est, significare iis videtur. Cui opinioni quae Kruegers opponerit dixi, sed quare orator non potuit dicere, maiores ex iudicibus Alcibiadem condemnasse? De illo enim tempore est cogitandum quo Alcibiades ex Sicilia reverti iussus dirisque formulis devotus est; simili modo Alcibiadis filius apud Isocratem loquitur: πρὸς μὲν οὖν τοὺς πρεσβύτερους βραχὺς ἀν εξήρκει λόγος. Ex §. 10. fortasse tempus definiri potest. Cives Athenieuses armati hostes terram irrumpero conati sunt (pedestris enim exercitus conscriptus est), periculum fuit sumum (οὐχ ᾧς ἀπολογημένης τῆς πόλεως, ἀλλ' ᾧς σωθημένης), cum hostes pugna non commissa consilia sua abjicerunt. Quando autem hoc acciderit, me nescire confiteor.

15. Κατ' Ἀλκιβιάδου ἀστρατείας.

Hanc orationem vibil alind esse nisi finem prioris atque cum illa nectendam Marklaudus conjectit; idem statuerunt Taylorus et Sliterus; quorum autem omnium argumenta nihil probant. Boeckhius V. Cl. (O. c. I, 284.), cui Breminus (prooem. ad or. I. adv. Alc.) et Westermannns, ut videtur, assentuntur, or. non Lysiae, sed alias oratoris esse ex illo tempore statuit; argumenta Vir Summus non attulit; oratio autem tam brevis est, ut inde nihil elineat; dictio mibi, ut Franzio (ed. Lys. p. 286), a Lysiaca non aliena esse videtur. Cansa qua or. habita est eadem est quam antecedens attingit; hic vero quam male a commilitonibus Alcibiades tractatos sit enarratur (cf. Boeckh. I. l., Wachsmuth ant. Gr. II. 1, 400.). Titulus orationis non offendit; nam de omnibus criminibus militaribus una tantum extabat lex (cf. Meier. Proc. 303.). Ipsa autem oratio est πρωτολογία, ut optime Schoemannus (Proc. p. 708.) docuit. Eadem fuit sententia Reiskii, nisi quod falso δευτερολογίαν vocavit. Archestratides (or. I. adv. Alc. §. 3.) πρωτολογίαν habuit, tum secunda est quae nunc est or. I. adv. Alc., deoique oratio nostra. Itaque non Marklaudum offendere debebat, quod orator (§. 12.) Archestratidi opem se ferre dicit; Archestratides enim primarius actor fuit neque alter (*συνήγοος*) alterum advocationis respiciat necesse est. Ex priore oratione jam vimus, strategos in primis pro Alcibiade oraturos esse; quorum in judicio praesidum sententia quia multam certe auctoritatem habebat, noster quare ex omnibus viribus hoc studeat avertere non est quod mireris; longiorem igitur esse bujus orationulae perorationem quam reliquarum partium proportio postularet immiterito opinatus est Sliterus.

16. Ἐν βουλῇ Μαντιθέῳ δοκιμαζομένῳ  
ἀπολογίᾳ.

Harp. v. κατάστασις. Λυσίας „ψηφίσασθαι δὲ τοὺς φυλάρχους ἀπενεγκεῖν τοὺς ἵππεύσαντας, ἵνα τὰς καταστάσεις ἀναποδάξῃτε παρ’ αὐτῶν” (§. 6.) ἔσικεν ἀργύριον εἶναι ὅπερ οἱ κατασταθέντες ἵππεῖς ἐλάμβανον ἐν τοῦ δημοσίου ἐπὶ τῇ καταστάσει, ὡσπερ ἀντός ὁ ὥρτωρ ἐν τοῖς ἔξης ὑποσημαίνει κ. τ. λ. Suid. v. κατάστασις et Phot. p. 142, 20: κατάστασις· ἔσικεν κατάστασις ἀργύ-

*ριον — γύλαρχοι.* Pollux V, 142. citat ex Lysia *χάριν* *έχειν*, quod in b. or. §. I. extat.

Mautitheus homo simplex, qualem se ipse depingit, seuator anni sequentis sorte erat designatus. In examine vero in senatu iuncto [De δοξημασίαις quare Hermannus antt. Gr. p. 320. alter sentiat ac Meierus, nou assequor.] accusatores extiterunt et protulerunt, Mautitheum sub XXX viris militiam equestrem exercuisse. Equites illi quia praecipue populo extiosi fuerant libertate restituta acerrime sunt vexati, ita ut phylarchi tabulas eorum confidere eorundemque stipendium (*χατάστασιν*), quod sub XXX virorum dominatu acceperant, demarchi repetere jussi sint (cf. Boeckh. O. c. I, 269 sq. II, 208. sq. Hermann. de equitt. Au. p. 31. sq.); lites autem de hisce rebus judicaverunt σύνδικοι (cf. Boeckh. I, 170. Meier. Proc. p. III. sq.). Eqnitum igitur tantopere agitatorum multi quidem ad Thimbronem in Asiam se contulerunt, multi vero Athenis remanserunt et si fides Mautitheo (§. 8.) habenda est, postea plures senatorum, strategorum, taxiarchorum muneribus functi sunt, quod ita explicandum est, ut nullus accusator extiterit (cf. Meier. Proc. 205.). Nam si quis probarat, magistratum designatum inter illos equites militasse, ejus causa sane lubrica erat. Mautheus igitur primum docet, se ex eorum numero non fuisse. Ante proelium ad Aegos flumen se cum fratribus ad Satyrum Bospori regem abiisse indeque quinto demum die ante exolum redditum revertisse; porro se neque phylarchorum tabellis neque fiscalibus traditum esse; si vero inter equites fuerit, non se negaturum fore, sed nihil mali sibi cives debere demonstraturum (— §. 8.). Tum orator exponit, domesticam vitam suam optimam fuisse, nihil sibi cum dissolatis juvenibus, a quibus nunc vexetur, fuisse commune; se nunquam ad judicium esse delatum; in bello se fortis fuisse; ante pugnam ad Haliartum inter equites conscriptum se ultro ad pedites transiisse; ante copias profectas duobus demotis quamvis ipsum divitiis expertem suppetias tulisse (cf. Boeckh. O. c. I, 298. Schoem. ad. Is. p. 221.), ex pugna Coriothia se ultimum se recepisse, tum ex centurione ipsum petuisse, ut sua acies ad proelium Coronense proficeretur, multis postremo expeditioibus se interfuisse. Deinde Mautheus senatores orat, ne ex externa specie judicium sumant; nam vocem quidem non submissam neque gressum suspensum esse, sed multa jam reipublicae se profuisse. Denique quod inuenire adolescentia jam coram populo locutus sit, se defendit. — Oratio non solum historiam illius temporis illustrat;

sed propter ethopoeiam etiam venustissimis est adnumeranda. Simplex enim homo, patribus illis Terentiauis similis, Maotithes est sūamque agendi rationem elegantioram moribus iurenum opponit. Quis fuerit, nescio; idem forte est, de quo dicit Andocides (de myst.); diversus esse videtur ab illo qui Ol. 93, 1. a ducibus Atheniensibus Athenas redeuntibns ad Hellespontum copiis praefectus relictus est (Xen. H. I, 1, 10. 3, 13. Diod. XIII, 68.); interque vero diversus ab eo, qui orationes Demosthenicas in Boeotum habuit. Anons quo noster Lysiae orationem habuerit, definiri nequit. Quomodo vero Franzius (ed. Lys. p. 251.) de Ol. 95, 4. cogitare potuerit, non assequor. Orator enim respicit ad proelium Haliartium Ol. 96, 2. 395. (§. 13.), pugnam Corinthiam Ol. 96, 2. 394. (§. 15. cf. Xen. H. IV, 2, 19.), Coronensem Ol. 96, 3. 394. (§. 16. cf. Xen. H. IV, 3, 15.). Clinto igitur (p. 103.) statuit, orationem esse habitam post 394, fortasse ante Thrasyluli mortem qui Ol. 97, 3. 399. cecidit, quod mihi quoqne probabile est, Thrasylulos enim ex verbis oratoris (§. 15.) etiamtunc iuter vivos esse videtur. Kruegerus 1. l. orationem aliquot annis post 394. habitam esse inde collegit quod etiam aliis pugnis se interfuisse dicat (§. 18.), sed ex illis verbis non necessario colligendum est, illas pugnas post Coronensem pugnatas esse. Hoc vero et Clintovi et Kruegero concedendum est, de pugnis Coronensi etc. ita loqui Mantitheum, ut eodem anno commissae esse vix videantur.

---

### 17. Περὶ δημοσίων ἀδικημάτων.

Schottus auctore inscriptionem Taylorus mutavit: περὶ δημοσίων χορημάτων, id quod retinuit Bekkerns. Reiskius lectionem vulgatam sic defendendam potat, ut confiscatio fundi praeter jus et fas facta dicatur ἀδικηματα δημόσιου, injuria a universo populo facta privato; recte; sed omnia ἀδικηματα δημόσια suntne confiscationes publicae? Quam multis modis populo hominem privatum laedere libet! inscriptio tam indefinita rejicienda est; neque Wachsmuthius (ant. II, 1, 288.) Pollucem sequi debebat. Simili fere modo Meierus (de bon. damn. p. 13 eq.) de propria δίκη δημοσίων ἀδικημάτων cogitaverat, sed sententiam suam retractavit (Proc. p. 345. cf. quae Frankius in Art. Antiq. Darmst. 1837. p. 262. contra Scheibium [progr. schol. Hal. lat. 1836. p. 35.] disput. ). Apud rhetores quidem seniorum temporum actio hujus no-

minis landatur (cf. e. g. Liban. or. 64. hypoth., schol. Herm. T. III, p. 628. T. V, p. 168. T. VI, p. 621. W.). Pluralem positum esse putat Reiskins, quia titulus non nisi huius soli proprius sit orationi, sed communis ei cum dnabus proximis in sequentibus, in eadem causarum genere versantibus; solitos euim esse ejusmodi titulos χαρτολικούς seu universales, totis generibus causarum communes, orationi, quae quoque in genere prima fuerit, praescribi, ut τοὺς συμβούλευτικούς, ἐπιτροπικούς etc. Recte quidem id, quod Reiskins putat apud Lysiam quoque ejusmodi titulos inveniri, sed multae orationes quamquam eidem titulo subjectae tamen per se suam quaeque inscriptionem retinebant. De lectionis χορημάτων veritate recte Bremius dubitare mihi videtur; si δημευθέντων legeretur, non obloquerer. Sed tota iuscriptio qualis nunc est a grammaticis exorta esse prorsusque rejicienda videtur. Fortasse leg. Πρὸς τὸ δημόσιον περὶ τῶν Ἑράτων χορημάτων. Minus mihi placet Foertschii conjectura: Περὶ δημοσίων ἀδίκων χορημάτων.

Argumentum orationis acutissime exposuit Meiers (de bon. damn. p. 190 sqq.) ut mihi nihil nisi eum exscribere restet. Erato actoris aeo duo debebat talenta et usuras creditori ejusque heredi religiose pependerat omnibusque obligationis legibus satisfecerat; ipso autem mortuo filii tres quos reliquerat, Erasiphon, Erato, Erasistratus (de similitudine voenm cf. Boeckb. O. c. II, p. 235.) aeri alieno non amplius satisfaciebant. Qui, dum belli causa privata judicia non haberebant (cf. Boeckb. O. c. I, 254), in ius vocari non poterant; restitutis autem cum pace judiciis privatis pater actoris Erasistrato, qui unus eorum fratrum in urbe erat, de universa pecunia credita litem παραβάσεως συμβολαίων (cf. Meier. Proc. p. 510.) intenderat et Xenaeneto praetore Ol. 94, 4. caussam obtinuerat (§. 3.). Hinc actor vel potius pater ejus agrum Sphettium, qui Erasistrato ex hereditate adjudicatus erat (§. 6.) occupavit, do agro autem Cicynnensi et de domo cum Erasiphonte et Eratone filio in judicio certavit; apud Thesmothetas primum res fuit dijudicanda; rei vero exceptionem (παραγραφήν. cf. Schoem. Proc. 644. 648.) quod essent mercatores opposnerunt; tum res ad iudicium delata nondum erat dirempta (cf. Schoem. Proc. 694.). Postquam autem per tres annos agrum Sphettium pater actoris occupavit (§. 5, 8.), populo placuit omnia Eratonis mortui bona publicare, qua occasione etiam quae actor tenet in indicem bonorum Eratoois publicandorum referuntur. Litem igitur aerario (διαδικασίαν cf. Schoem. Proc. p. 574.)

movet orator Ol. 95, 3. 39<sup>4</sup> (cf. Meier. I. l., Krueger. ad Cliot. p. 101., Franz. ed. Lys. p. 251., Westermann.) et populo quidem duas bonorum Eratous partes, quarum pretium erat 45 minae, committit, sibi vero ut tertia, Erasistrati quae aucta fuerat quindecim minis aestimata (cf. Boeckh. O. c. I, 68.), concedatur postulat. Iudicio praesunt σύνδικοι, magistratus extraordinarii (§. 10. cf. Boeckh. O. c. I, 170. Meier. d. b. d. 203. Proc. p. III.). Quid fuerit actor, non magis quam qui Erato ejusque filii fuerint, scimus. Cum Erasistratus quidam (Xen. H. II, 3, 2.) inter XXX tyraunos recensetur, Meiero non plane a vero abhorrere videbatur, ob hanc tyrannidis soritetatem bona universae dominus Eratonis publicata esse, cum non liquidum sit, hunc non fuisse illius patrem. Haec vero sententia quare plane a vero abhorrere videatur, mihi, opinor, non expouendum est.

---

### 18. Περὶ δημεύσεως τοῦ Νικίου ἀδελφοῦ ἐπιλογος.

Galenus in Hippocr. de med. off. I, 3. (Tom. 18. P. 2. p. 657. Küb.). *Δ. κατὰ Πολιούχου. „ἐκεῖνος γὰρ ὅσσα τῇ ἑαυτοῦ γνώμῃ χράμενος ὑπὲρ τοῦ ἡμετέρου πλήθους ἐπραξε, πανταχοῦ φανήσεται πολλῶν μὲν καὶ ἀγαθῶν αἵτιος τῇ πόλει γενομένος, πλεῖστα δὲ καὶ ἄχρηστα τοὺς πολεμίους ἔργασάμενος”* (vid. §. 2.).

Ex hoc testimonio Taylorus inscr. matavit in *Δ. κατὰ τοῦ Πολιούχου* idque retinuit Reiskius quamquam in Varr. legit. „debebat, inquit, Poliarchi nomen a Tayloro non mutari”. Nomen *Πολιούχος* nullus codex Lysiae habet, et ubi Dobsonus §. 13. retinuit, *Πολιάρχος* habent Ald., Steph., Aug., Bekk., Brem., Foertsch., Franz.; item cod. Vindob. Ceteri vero Codd. alii alias formas habent, *Πολίσχος* cod. Steph., Coisl., Bessar. et C., *Πολίσχος* X. Titulus autem orationis qualem exhibui codicum erat et edd. ante Taylorum. Bekkerus antiquam lectionem revocavit codicum auctoritate qui praeter nomen τῆς addunt ante δημεύσεως. Taylorum locutio δημεύσθαι de homine usurpata offendit; eam autem hec Graecam esse, proscribere aliquem, pro ejus bona publicare, mosuit Reiskius; hic autem legi vult ἀδελφίδον pro ἀδελφοῦ, quod Angerius recepit; sed orator non pro se solo, sed pro fratre quoque loquitur neque de suis, sed de patris bonis.

Antiquam igitur inscriptionem retineamus. Negari quidem non potest, titulum κατὰ Πολιάρχου bene se habere, quia oratio non est διαδικαιοσύνη πρὸς τὸ δημόσιον, sed accusatio Poliarchi παρανόμων, sed quia ea ipsa ex publicatione bonorum exorta neque coram archontibus dijudicata est, antiqua inscriptio mihi melius argumentum indicare videtur. Illud autem nomine §. 13. Πολιόχος scribi volit Bergkius (ad. calc. Andoc. Schiller. p. 140.), quod Harporratio Πολιόχος καὶ Πολυάλκης ὄνοματα κνήσια; eadem leguotur ap. Photium atque haec formam olim nostro loco scriptam fuisse jam Taylors conjectit eandemque Aristophani Lysist. 344. pro Πολιούχος restituendam esse statuit Bergkius. Sed nomen Πολιάρχος magis nobis notum est; nomen enim erat filii Themistoclis (cf. Bossler. de fam. Att. sac. p. 42. Meier. de gentil. p. 49.) et saepius occurrit (cf. Schoen. ad. Is. p. 179.). Ad nomen Πολιούχος fuerit usitatum, nescio; servat Schol. Arist. (V. III. p. 506. Dind.): Πολιούχος· (*Περικλῆς?*) οὗτος ἔταξε καὶ βουλευτικὸν μισθὸν καὶ διδακτικὸν (*δικαστικὸν?*).

Poliarchus quidam, de quo nihil scimus nisi eum inter exiles Phyleenses fuisse, prius hominem quendam, qui contra ius ut Eucratis, fratri Niciae, bona publicarentur, apud populum retulerat, accusaverat isque ut mille drachmis (cf. Meier. de bon. damo. p. 209.) multaretur, efficerat (§. 14.). Tum vero ipse plebisciti auctor fuit, ut illa bona publica fierent; id quod populum jam decrevisse appareat ex §. 14: νννὶ νενίκηκε. Adversos cum extiterunt filii Eucratis παρανόμων eum accusantes (§. 14.). Quis primariam orationem habuerit incertum est, quamquam cogitari potest de fratre actoris (§. 21.). Nostra oratio est δευτερολογία, quod prima verba jam indicant, et quidem ἐπίλογος (§. 24.); testimonia igitur non proferuntur. Orator de Poliarchi rogatione paula tautum disputat, quia jam a primo accusatore tractata erat; sed familiae snae gloriam virtutemque iudicibus in memoriam revocat, Niciae primum, clarissimi ducis qui multa reipublicae profuerit, quamvis aliorum culpa interdum in calamitatem inciderit, deinde Eucratis Niciae fratri qui post pugnam navalē ad Aegos flumen commissam ab ἔταιροις (cf. in Erat. §. 43.) ad rempublicam evertendum provocatus dominationis XXX virorum particeps esse noluerit, sed mortem oppetierit; tum Nicerati, filii Niciae, acque ac illi populo faventis et a XXX viris necati (— §. 6. De familia cf. Boeckh. O. c. 11, 13.); Diognestum denique Niciae et Eucratis fratrem (cf. Brem. prooem.) quamvis per sycophantas ejectum, rei tamen publicae favere

non destiisse neque post redditum sub XXX viris munere esse  
functum enarrat (— §. 9.); eundem tom. Nicerati filium et  
Eucratis ambos filios (i. e. actorem ejusque fratrem) Pausaniae  
Lacedaemoniorum regi produxisse ejusque misericordiam erga  
cives et odiam in tyrannos agitasse (— §. 12.). Postremo  
orator Poliarchum rogatione sua nihil nisi famam quandam  
captare ex ejus agendi priore ratione probare studet (— §. 14.)  
judicesque adhortatur ne pacta quae cum Lacedaemoniis com-  
posuerint pluris quam quae inter se ipsos sint pacti aestiment  
(§. 15.). Etiam reipublicae nihil emolumenti esse ex bonis  
publicatis, utpote quae qui reipublicae augeundae speciem  
prae se ferant iuter se dividant (cf. Boeckh. O. c. I, 426.  
Meier. d. b. d. p. 211.). Hoc vero ipso tempore nihil  
exoptatius esse quam concordiam inter cives (— §. 19.). In  
epilogo orator enarrat, quantam utilitatem ipse cuique cognati  
civitati sint allaturi, et judicibus supplicat ut propter majorum  
cerne virtutes sibi faveant. — Causa igitur quae hic agitur est  
accusatio Poliarchi παρανόμων. De ejusmodi quidem causis  
archontes judicio praeesse solent; in nostra vero σύνδικος  
(§. 26.), magistratus extraordinarii, de quibus jam saepius  
dixi, praeſuere. Vero enim dissimile esse, συνδίκον publicos  
intelligi qui Poliarchi legem adjuvent, recte monuit Meierus  
(Proc. p. 111.). Orationem esse habitam Ol. 95, 4. suspi-  
cantur Kruegerus (ad Clint. p. 101.), Franzius (ed. Lys. p.  
251.), Westermannus. Exules quom rediveront actor erat  
παις (§. 10. 22.), quare conjicias orationem paullo post Ol.  
95, 4. scriptam esse, provocans etiam ad verba §. 19: τοσούτῳ  
χρόνῳ ὑστερον; sed ibid. et §. 18. dicit orator: νεωστὶ κατ-  
έληγυθόσιν, atque orationem ante bellum Boeotium s. Con-  
scriptam conscriptam esse optime elucet ex §. 15: οὐκοῦν  
αἰσχρον, εἰ ἀ μὲν Δακεδαιμονίοις συνέθεσθε βεβαιώ-  
σετε — καὶ τας μὲν πρὸς ἔκεινους συνθήκας κυριας  
ποιήσετε — καὶ τοῖς μὲν ἄλλοις "Ἐλλῆσιν ὁργίζοισθε,  
εἴ τις Δακεδαιμονίους ὑμῶν περὶ πλείονος ποιεῖται,  
ὑμεῖς δ' αὐτοὶ φανήσεσθε πιστότερον πρὸς ἔκεινους ἢ  
πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς διακείμενοι. Oratio igitur habita esse  
videtur Ol. 95, 4. vel Ol. 96, 1.

---

19. Τρέτην ἀριστοράπαιον κανονίων τρόπον δημόσιον.

Habens orationis expositionem praemitto schema personarum quae in ea occurunt:

Euripides

Xenophon dux (§. 14.)

Crito demus Alere-

xηθεν

N. filia

Nicophemus

Filius I.; Aristophanes, filia 3.; filia 2.; filia I.; actor filia, Aristomachus  
(§. 22.) tres liberi

{ ux. Plane-  
dri Schil-  
ler. ad And.  
p. 99 sq.


(Dem. c. Neer.  
p. 135.)

Aristophanes Cononis amicus vir popularis atque insignis sororem viri nobilis opulentisque qui hanc orationem habuit, c. Ol. 96, 4. vel 97, 1 (cf. §. 12.) in matrimonium duxerat. Vir erat impiger et republicanum debat augere; rebus ignior publicis totum se dedit. Cononis suamque gloriam sustentavit et Lysia (vid. supra p. 27.) Ol. 97, 3. ad Dionysium Syracusatum se contulit persuasorum, ut cum Euagora affinitate se devinciret, Lacedaemoniisque iunctus, Atheniensibus amicus fieret (§. 19. 20.). Re perfecta (cf. Meier. de bon. damn. p. 52.) Aristophanes reversus legatis Cypris quam publice decem daves tradias essent, non suam solum pecuniam obtulit, sed etiam multam ab amicis, fratre, actoris patre collectam (§. 21. 22.), in universum triginta milia drachmarum (§. 43. cf. Boeckh. O. c. II, 130.) Ol. 97, 3. E Cypro a patre certior factus omnia abunde ipsi futura legatus abit omnia quae possit impendere

et Euagorae gratificari paratus (§. 23.). Per eandem triremem quae Aristophanem Cyprum transvexerat omnia restituta sunt. Qualem deinde Aristophanes se praebuerit nescimus. Brevi post Nicophemus et Aristophanes deprehensi atque indicta causa necati sunt. Meierus (de bon. damn. p. 194.) eos proditionis esse damoatos putat, quod actor (§. 7.) ne sepulturam quidem iis concessam dicat; sepulturam enim perdiellibus tantum et sacrilegis negari solitam esse, et hoc verisimillimum est; si non fuisset condemnatio, actor certe eam impugnaret (cf. fragm. I.). Prodictionis crimen Aristophani intenditum pro-

piore quod decem naves Enagorae auxilio missae a Telontia Lacedaemonio captae sint. (Xen. H. IV, 8, 24.) et l. l. pro Φιλοκράτει τῷ Ἐφιάλτου legendum esse Αριστοφάνες τῷ Νικοφήμου Meierus conjectit; quod equidem non concedam (cf. §. 24.). Deprehensi igitur illi et interficti sunt, eorum bona publicata. Quo autem tempore? Ol. 97, 4. Antipatro archonte, respondent Meierus (l. l. p. 193.) et Clinto (p. 109.). Divitiarum cuius Aristophanis originem ex pugna navalium ad Cnidum (*καυμαχία ἐπ' Εύθούλου ἀρχοντος* Ol. 96, 3. mens. Iul. v. Aug. 394.) deducendam esse orator dicit §. 28; per quatuor autem vel quinque annos plus divitiarum posse acquiri, quam in indice publicatorum bonorum inventum sit negat; utriusque igitur damnatio Ol. 97, 4. accidit. Bona publicata cum hominum opinione inferiora esse videantur (cf. Boeckh. O. c. I, 426.), sacer Aristophanis in suspicionem talentorum quatuor (§. 34.) subductorum venit ejusque etiam bona in indicem publicandorum relata sunt (*ἀπογραφή* cf. Meier. d. b. d. p. 201 sqq. Proc. 254. 257 sq. 197.). Quis *ἀπογραφὴ* sit conatus, nescimus (§. 2. cf. Meier. Proc. p. 258.); falsam vero eam esse Aristophanis sacer contendit. Lite instituta illi qui *ἀπογεγράφασι* accusatores existunt (§. 2, 3. cf. Meier. Proc. p. 259.). Pro patre reo filius orationem banc Lysiacam habuit, atque quidem ex computationibus Meieri, Clintonis, cui tamen dubia est, Franzii (ed. Lys. p. 252.), Westermann, Kruegeri (hist. phil. Studien. p. 263.) Ol. 98, 1. Evidem vero Schneidero (ad Xen. H. V, 1, 25.) concesserim, Diotimum, quem noster exhibeat, ejusque expeditionem eandem esse quam Xenophou (V. I, 7. 35.) enarrat. Diotimus Ol. 98, 1. cum Ipbistrate Nicolochum Abydi obsedit; quos Autalcidas quum deprehendisset aggredi statnit; quomodo hoc sit factus, videsis diversas narrationes ap. Schneider. ad Xen. H. V, 1, 27. Autequam cum navibus rediisset, peculatus accusatus est, tum reversus se defendit et absolutus est (§. 50. 51.); id quod superrime (*ἐναγγός*) accidisse orator dicit. Quodsi Diotimus Ol. 98, 1. accensatus est, oratio nostra Ol. 98, 2. scripta esse videtur (cf. Clint. p. 108. 109.). Hinc autem rationi non obstante quae orator de Aristophanis damnatione expouit; nam etiamsi Ol. 97, 4. deprehensus est, tamen factum esse potest, ut per annum in vinculis haereret; quod quidem orator non enarrat, sed calamitates quas Aristophanes ejusque necessarii perpessi sunt aliae majores fuerunt, quam ut leviores sibi enumerandas potaret actor. Pro patre filius in Heliastarum judicio, cui *σύνδικοι* praefuerunt (cf.

19. Ὑπὲρ τῶν Αριστοφάνους καὶ ματρών πρὸς τὸ δημόσιον.  
Huius orationis expositioni praemitto stemma personarum quae in ea occurunt:



Aristophanes Cononis amicus vir popularis atque insignis sororem viri nobilis opulentique qui haec orationem habuit, c. Ol. 96, 4. vel 97, 1 (cf. §. 12.) in matrimonium duxerat. Vir erat iuniper et republicam suamque gloriis studebat augere; rebus igitur publicis totum se dedit. Cononis natus cum Euromo et Lysia (vid. supra p. 27.) Ol. 97, 3. ad Dionysium Syracusatum se contulit persuasurus, ut cum Euagora affinitate se devineiret, Lacedaemoniisque inimicus, Athenensibus amicus fieret (§. 19. 20.). Re perfecta (cf. Meier. de bon. damu. p. 52.) Aristophanes reversus legatis Cypriis quam publice decem naves tradidit essent, non suam solum pecuniam obtulit, sed etiam multam ab amicis, fratre, actoris patre collectam (§. 21. 22.), in universum triginta milia drachmarum (§. 43. cf. Boeckh. O. c. II, 130.) Ol. 97, 3. E Cypro a patre certior factus omnia abunde ipsi futura legatus abiit omnia quae posset impendere

pterea quod decem naves Euagorae auxilio missae a Telentia Lacedaemonio captae sint (Xen. H. IV, 8, 24.) et l. l. pro Φιλοκράτει τῷ Ἐφιάλτου legendum esse Αἰστοφάνει τῷ Νικοφίμου Meierus conjectit; quod equidem non concedam (cf. §. 24.). Deprehensi igitur illi et imperfecti sunt, eorum bona publicata. Quo autem tempore? Ol. 97, 4. Antipatro archonte, respondent Meierns (l. l. p. 193.) et Cliuto (p. 109.). Divitiarum enim Aristophanis originem ex pugna navalium ad Cnidum (*ναυμαχία ἐπ' Εύβοϊλον ἀρχοντος* Ol. 96, 3. mens. Iul. v. Aug. 394.) deducendam esse orator dicit §. 28; per quattuor autem vel quinque annos plures divitiarum posse acquiri, quam in indice publicatorum bonorum inventorum sit negat; utriusque igitur damnatio Ol. 97, 4. accedit. Bona publicata cuin hominum opinione iuferiora esse viderentur (cf. Boeckh. O. c. I, 426.), sacer Aristophanis in suspicionem talentorum quattuor (§. 34.) subductorum venit ejusque etiam bona in indicem publicandorum relata sunt (*ἀπογραφή* cf. Meier. d. b. d. p. 201 sqq. Proc. 254. 257 sq. 197.). Quis *ἀπογραφὴν* sit conatus, nescimus (§. 2. cf. Meier. Proc. p. 258.); falsam vero eam esse Aristophanis sacer contendit. Lite instituta illi qui *ἀπογεγράφασι* accusatores existunt (§. 2, 3. cf. Meier. Proc. p. 259.). Pro patre reo filius orationem hanc Lysiacam habuit, atque quidem ex computationibus Meieri, Clintonis, cui tameu dubia est, Franzii (ed. Lys. p. 252.), Westermann, Kruegeri (hist. phil. Studien. p. 263.) Ol. 98, 1. Evidem vero Schaeidero (ad Xen. H. V, 1, 25.) concesserim, Diotimum, quem noster exhibeat, ejusque expeditionem eandem esse quam Xenophou (V. 1, 7. 35.) enarrat. Diotimus Ol. 98, 1. cum Iphicrate Nicolochum Abydi obsedit; quos Antalcidas quum deprehendisset aggredi statuit; quomodo hoc sit nactus, videsis diversas narrationes ap. Schneider. ad Xen. H. V, 1, 27. Antequam cum navibus rediisset, peculatus accusatus est, tum reversus se defendit et absolutus est (§. 50. 51.); id quod superrime (*ἐναγγῆς*) accidisse orator dicit. Quodsi Diotimus Ol. 98, 1. accusatus est, oratio nostra Ol. 98, 2. scripta esse videtur (cf. Clint. p. 108. 109.). Huic autem rationi non obstant quae orator de Aristophanis damnatione expouit; nam etiamsi Ol. 97, 4. deprehensus est, tamen factum esse potest, ut per annum in vinculis baereret; quod quidem orator non enarrat, sed calamitates quas Aristophanes ejusque necessarii perpessi sunt aliae majores fuerunt, quam ut leviores sibi enumerandas putaret actor. Pro patre filias in Heliastarum judicio, cui σύνδικοι praefuerunt (cf.

Meier. d. b. d. p. 215.), quos hoc tempore nondum fuisse extintos docemur, orationem nostram habuit, qua crimen bonorum Aristophanis subductorum se defendere conatur. Proemio igitur, qnod Andocideo caidam (de myst. §. 6 — 8 cf. Spengel. *avvay.* p. 108. Meier. ind. lect. Hnl. 1832. p. 6.) simillimum est, praemisso de calamitatibus, quae suae Aristophanisque superstiti familiae immineant, queritur brevibusque verbis patris sui in rempublicam merita significat (— §. 11.). Tum de sororum suarum cognubis loquitur ut patrem non quam divitiarum, sed probi generis rationem habuisse probet (— §. 17.) et Aristophanes affinis quanto reipublicas angendae studio neque suis neque cognatorum pecunias pepercere depingit (§. 18 — 26.). In re privata eum fuisse simplicem, sed *τριπαρχίας*, choregias et *εισφοράς* religiosissime praestitisse (cf. Boeckb. O. c. II, 59.) atque fieri vix posse, ut intra quatuor vel quoque annos tantis officiis servatis majores opes quam Aristophanes colligas (— §. 30.). Ut vero ipso vel coquati sibi nihil ex Aristophanis bonis publicatis eripuerint inde apparere quod pecunia molta numerata sit reperta ipsique jure jurando firmare parati sint, tantum abesse, ut ex Aristophanis bonis quidquam possideant, ut dos viduae illius septemque minae, quibus a genere acceptis Aristophanes abierit, bonis publicatis sint adoumeratae (— §. 33.). Iterum deinde expavit actor, vix credibile esse, Aristophanein majores opes quam repertae sint reliquise; enim enim partim in civitatis gratiam divitias suas solvisse, partim reliquise qualuordecim talenta et dimidium, cum Covo, quem Nicophemus praefectum reliquise minimum decapnum credideris, ex testamento nihil nisi quadriginta talenta possederit (— §. 44.). Quam saepo opiniones quae vulgo diffusae sint de hominum opibus post mortem illorum falsissimae apparuerint, plura exempla profert actor (cf. Boeckb. O. c. lib. IV, cap. 3.). Denique de se suoque patre orator loquitur; se a foro et iudiciis per totam vitam abstinisse; patrem nunquam bonorum fuisse cupidum, sed per quoquinquaginta annos omnia boni civis officia splendidissime praestitisse, novem talenta et duo milia drachmarum reipublicae contulisse, in Iudicis Isthmicis et Nemeis vicensse, pauperum civium filias sororesque dotibus douasse, alios ex hostiom manibus solvisse, alios sepeliendos curasse, in privata vero vita unde gloriam non comparare potuerit, fuisse simplicissimum. Indees igitur ne sibi suoque patri bona eripiant ut habeant unde reipublicae prosint (§. 55 — 64.) orat.

20. Υπέρ Πολυστράτου δήμου καταλύσεως  
ἀπολογία.

Harp. v. Πολυστράτος. Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Θρασυρούλου, εἰ γηῆσιος. Πολυστράτος αἵτιαν ἔχων τοὺς Ἑομαῖς περικοψαι ἀνηρέθη ὑπὸ Ἀθηναίων. ἔτερος δ' ἀνεῖη Πολυστράτος ὑπὲρ οὐ λόγος ἐστὶ Λυσίᾳ ἐπιγραφόμενος ὑπὲρ Πολυστράτου δήμου καταλύσεως ἀπολογία. ἄλλος δ' ἀνεῖη Πολυστράτος οὐ καὶ Δημοσθένης μνημονεύει ἐν τοῖς Φιλιππικοῖς, λέγων αὐτὸν ποτε ἐν Κορίνθῳ ξενικὸν τρέφειν· μηποτε μεντοὶ ἐνταῦθα δεῖ γράφειν Πολύτροοπον, ἀντὶ Πολυστράτου· παρὰ μηδενὶ γάρ φησιν ὁ Λίδυμος εὑρηκέναι τὸν Πολυστράτον ηγησάμενον τοῦ ἐν Κορίνθῳ ξενικοῦ. τὸν Πολύτροοπον μὲν οὖν ἐν τῇ ἔκτῃ τῶν Ἑλληνικῶν Σενοφῶντος εὑροῦν· ἀλλ' οὔτε τὸ ξενικὸν τοῦτο ἐψησεν οἱ Σενοφῶντες τρέφεσθαι ὑπὸ Ἀθηναίων οὔτε αὐτὸς Ἀθηναῖος ἢν ὁ Πολύτροοπος. Phot. p. 441, 15. et Suid. v. Πολυστράτος· οὗτος αἵτιαν ἔχων — Ἀθηναῖων οὐ Λυσίας μέμνηται. ἔτερος δέ ἐστιν, ὑπὲρ οὐ λόγον ἐγράψεν ὁ αὐτὸς Λυσίας. ἄλλος δ' ἀνεῖη κ. τ. λ.

Haec oratio memorabilis est; historiam enim tyrannidis viorum CCCC illustrat eademque ipsa abolita poenas quae illis viris sunt irrogatae, praecepit explanat. Marklandus et Meierus (de bon. dano. p. 182.) capite eam carere putaverunt; hoc vero cum Schoemannus (ad Is. p. 454.) non concesserim, cum mihi δευτερολογία potius esse videatur. Polystratus pater πρωτολογίαν, si quid video, habuit; filius hanc δευτερολογίαν. Filius enim ubi de patris moribus ejusque magistratu loquitur, nullum testem producit, de sni ipsius vero fratrumque moribus testimonia affert. Polystratus inter CCCC viros fuit, sed si oratori fides habenda est, bene se gessit. Cum enim esset inter καταλογέας s. συγγραφέας, decem conscriptores pleoa cum potestia creatos, qui dominatum CCCC viorum iustituerent (cf. Krueger. comm. de Thuc. hist. part. post. p. 375. sq. Hermann. antt. Gr. p. 364.), ut civibus gratificaretur, pro 100 consignavit novem milia civium. Invitus inter quadrigentos electus per octo dies in senatum venit, tomus vero Eretriam profectus in pugnis navalibus excelluit et CCCC viorum dominatum jam abolito Atheneas revertit (§. 13. 14.). Exemplum autem accusatus est illoque tempore (§. 11: ἐν ταῖς πρότερον κατηγορίαις etc.) familiaritatem in primis Phrynicis ei objectam esse orator testatur; hoc vero crimen falsum esse ex natusque studiis (cf. Krueger l. l. p. 372.) probat. Sed

res, quae saepius in judicium venerat (§. 11. ταῖς κατηγορίαις), postremo ita judicata est, ut Polystratus multa pecunia mulctaretur (*ώφλε χρήματα τοσαῦτα* §. 14. 18.). Jam vero cum iterum res ad judicium delata esset, Polystratus se defendit πρωτολογίᾳ et filius eum adjuvit δευτερολογίᾳ. Qnomodo vero factum sit, ut res quae jam indicata erat et per multam impositam finita videbatur, iterum in judicium delata sit, id explicare me non posse cum Meiero confiteor. Priorem damnationem ob facinus quoddam a Polystrato commissum accidisse Meierus potat; equidem vero nos video, quare non propter dominatus communionem Polystratus condemnatus esse possit. Quadrigentorum enim virorum alii effugerant (§. 21.), alii vero remanserant; quorum ii qui accusatores iulogistarum judicio auro corruperant absoluti (§. 7, 10. cf. Boeckh. O. c. I, 204. Meier. de bon. damn. p. 112. Proc. 218.), ii autem qui accusatoribus non pecuniam obtemperant puniti sunt, non quidem poena legitima τυραννίδος, de qua thesmothetae judicassent, sed multis ab euthyuis (λογιστήριον §. 10.) dictis. Jam vero iterum Polystratus accusatus est; cuius rei, mihi non appareat. Orator dicit §. 5: κατηγοροῦσι μὲν αὐτοῦ ὡς πολλὰς ἀρχὰς ἡρξέν, §. 16: νεωτερίζειν εἰς τὸ ὑμέτερον πλῆθος, §. 30: οἱ πατήρ διαβέβληται; de poena vero quae immineat, §. 6: Π. δίκην δίδωσι, §. 19: ἡμῖν δὲ οὐ δώσετε ἡμᾶς αὐτοὺς ἐπιτίμους ὑμῖν γενέσθαι, §. 32: περὶ ἡμῶν γάρ ἔστι ψῆφος ὑμῖν καὶ οὐ περὶ χρημάτων, §. 35: ἡμεῖς δὲ τὸν πατέρα τούτον καὶ ἡμᾶς ἐξαιτούμεθα, μὴ ἡμᾶς ἀντὶ μὲν ἐπιτίμων ἀτίμους ποιήσητε, ἀντὶ δὲ πολιτῶν ἀπόλιμας. — εἰ δὲ ἡμᾶς ἀδίκως ἀπολεῖτε, πῶς ἡ οὖτος ἡμῖν ἡδέως συνέσται ἡ ἡμεῖς ἀλλήλοις ἐν τῷ αὐτῷ ὄντες υμῶν τε ἀνάξιοι καὶ τῆς πόλεως; §. 36: ἐλεήσαντες ἀποψηφίσασθε καὶ μὴ ἡμᾶς βουλομένους εὑ ποιεῖν τὴν πόλιν υμεῖς κωλύσητε. Ex hisce locis si titulus orationis recte se habet, accusatio καταλύσεως δῆμου levior erat; cum enim crimen κατ. δῆμ. pleromque morte puniretur (cf. Meier. Proc. p. 343.), Polystrato nihil nisi utimic cum exilio conjuncta imminebat; miror autem eandem poenam etiam liberis irrogari, actorem vero crimen nullo loco a se avertere studere; quod quibus in caussis acciderit equidem nescio (cf. Hermann. antt. Gr. §. 124, not. 12.). Oratio habita esse videtur ante Euclidem archontem; nullo enim loco actor tragiota viros, quorum vix potuisse mentionem praeterire, commemoravit; tum officia quae ipse fratresque reipublicas praestiterint, enumerat, quae ipsa omnia

autem ante Ol. 94. incidernat; denique Polystratus senex est quum oratio haberetur (§. 10, 35.), sed etiam CCCC viris senex jam additus est (§. 3.). Kruegerus (ad Clat. p. 85.) accuratis tempus definit, a. 410. (Ol. 92 $\frac{1}{2}$ .); ejus vero argumenta mihi non satis probabilia esse videntur. Nititur enim vir sagacissimus primum §. 22.: *Π. ὑμῖν δίκην δέδωκεν εὐθὺς μετὰ τὰ πράγματα, ὅτε ὑμεῖς τε μάλιστα ἐμέμνησθε τῶν γενομένων, σed verborum tempora indicare mihi videntur, illa ad priorem Polystrati accusationem referenda esse; tum §. 29. pugnāim ἐν Ἐλλησπόντῳ, qua actoris frater natu maximus excelluisse dicitur, intelligendam esse putat pugnam ad Cyuossema; sed proelium ad Cynossema Ol. 92, 2. paullo antequam CCCC viri imperio privati sunt, dimicatum est; orator vero, ni fallor, §. 4. dicit: se intra CCCC virorum dominatum in Sicilia, fratres vero in Boeotia absuisse. Aliam igitur pugnam intelligi crediderim; nescio vero quamnam; multa enim proelia illo tempore in Hellesponto commissa sunt. Fuga qua Polystrati filius natu minimus excelluisse dicitur §. 28, illa est, qua exules ex CCCC viris magistratu dejectis Deceleam se receperunt. — Postremo orationis formam consideremus. In oratione adv. Erat. quam Ol. 94, 2, habuit Lysias testator: *οὐτ' ἔμαυτοῦ πώποτε οὔτε ἀλλότοια πράγματα πράξας νῦν ἡγάγασμαι τούτου κατηγορεῖν.* Haec verba si de orationibus scriptis explaneantur (cf. Boeckh. in Mus. Rhen. 1827. p. 71.), orationem pro Polystrato non esse Lysiae sequetur; sed de orationibus habilit possunt intelligi, ita ut ex illo loco nihil de nostra oratione colligi licet. In ea vero sententiariom nexus tam confusus est, ut quamvis nihil insit, quod historiae veritatem laedat, vix mihi persuaderem possem eam Lysiae esse adjudicandam. Qua occasione habita esse videatur, supra dixi. De Polystrato nihil nisi ex hac oratione compiri, ubi de ejus vita loquitur filius §. 11 — 14; cumque Oropi archontem fuisse addit. (§. 6. cf. Boeckh. O. c. I, 437.). Habuit tres (§. 4, 28, 29, 35.) filios, quorum unus orationem Lysiacam habuit; idem in Sicilia primum in Athenieium exercitu, tum post cladem apud Catanaeos fortē se gessisse testatur (§. 24 — 27.); alter filius in proelio navalī in Hellesponto commisso excelluit (§. 29.); tertius in CCCC viris fugiōdis strenuus fuit (§. 28.). Lycius quidam Polystrati f. dux equitum Athenieensis commemoratur a Xenophonte (Aeab. III. 4, 20.); qui fortasse filius nostri Polystrati habendus est. Natus igitur maximus filius orationem Lysiae habuit, cojus hoc est argomentum: „Orator judices adhortatur, ne CCCC no-*

mini, sed quoniam sceleribus succenseant; alios enim reipublicae male, alios bene voluisse (§. 1.) atque inter hos suisse Polystratum, cuius optimam fuisse voluntatem inter tribulos electores constiterit (§. 2.). Neque erat, quod Polystratus dominationem pancornim desideraret; senectus eum deterrebat (§. 3.) conscientiaque se nihil mali commisise, ut sibi liberisque qui etiam cum non aderant, timendum esset (§. 4.) Sed Polystratus multis munieribus esse functus accusatur; hoc vero non est probrum nisi eum male administrasse demonstraveris (§. 5.). Fuit autem primum archon Oropi neque prodidit, neque alias reipublicae formam instituit, quamquam ceteri urbem prodiderunt (cf. Krueger. de Thuc. hist. part. post. p. 281.). Ceteri se peccasse sibi concii ausfingerunt, ille vero sibi personam habens se optime se gessisse Athenis remansit atque jam poenias luit (§. 6.). Accusatores illos qui auro corruperant dimittunt; qui nihil offerunt, eos invadunt. Polystratus vero nihil quod populum laedat in senatu dixit (§. 7.); CCCC viorum adversarii effugerunt aut necati sunt (cf. Krueger. I. l. p. 377.), Polystratus quietum se tenuit, quod omnino non vituperandum est (§. 9.). Intra septuaginta annos nihil peccavit; intra octo solus dies erravit; attamen qui per totam vitam mali erant, in rationibus reddendis boni, mali contra qui semper boni erant videntur esse (§. 10.). In prioribus judiciis Polystratus etiam familiaritatem cum Phrynicho habuisse accusatus est; sed hoc falsum esse ex nriusque diversis studiis indeque elucet, quod pro Phrynicbo condemnato non pecuniam solverit Polystratos; Polystratum autem Phrynichi fuisse enrialem iueplum est probrum (§. 12.). Inter καταλογέας electus civibus fuit gratus, inter CCCC viros electus per octo tantum dies dominacionis fuit particeps. Nihilominus tanta mulcta est punitus (§. 14.). Quadragesitos malos suisse dirunt; sed illi soli mali fuerunt, qui reipublicae fuerunt noxii; Polystratus si rebus novis standoisset, non Eretriam prefectus esset (— §. 16.); neque quisquam enim in civium bona peccasse atque avaritia docium eo abiisse probabit. Accusatores qui illo tempore ohmunituerunt nunc declamant corundemque meo nemo Polystratum juvare audet (§. 18.); liberi soli extiterunt anxi (§. 19.); sed propter sclera CCCC viorum non in pniendi sunt qui abe-  
rant (§. 20.); injusti se ipsos condemnantes ausfingeront, Polystratus vero remansit atque mulctatus est (§. 22.). Hic reipublicae utilis fuit, stipendia meruit, liturgias vectigaliaque extraordinaire praestit (§. 23.), unum filium (qui orationem habet) expeditiois Siculae addidit; hic autem eques ad Syracusas

republicas, sua virtute gloriam auxit, exercitu victo Catanae et recipit atque ex praeda capta etiam Minervae decimam partem transmisit (cf. Boeckh. O. c. I, 352.), tum inter hoplices insignis ne pactum cum Syracosanis fieret auctor fuit; quo ipso tempore etiam pater in epistola ad filium transmissa bonam voluntatem erga patriam declaravit (§. 27.). Fratres quoque oratoris ambo in proeliis fuerunt conspicui (§. 29.). Propter haec in civitatem merita patrem filiosque absolvit decet; inde res publica etiam emolumenatum capiet; alii enim ut civitati presententur incitabuntur (§. 32.). Orator judicibus supplicans: „Ut saepius reos si liberos flentes in curiam produxerunt absolvistis, ita nobis nostrum ipsorum causa quorum erga vos stodium cognovistis, benevoli sitis; terribile enim foret si ad hostes cogemur effugere” orationem concludit.

## 21. Ἀπολογία δωροδοκίας ἀπαράσημος.

Ex hac oratione auctoris nomine omissa laudat Suidas v. τέως: *Oι δήτορες ἐπὶ τοῦ πρότερον η πάλαι. Μέχρι τοῦ τέως.* Antiquā n. t. λ. Καὶ ἐπὶ τοῦ ἐν τοσούτῳ. Καὶ αὐτὸς n. t. λ. Καὶ ἐν τῇ ἀπολογίᾳ τῆς δωροδοκίας. „Δέομαι ὑμῶν τὴν αὐτὴν γνώμην περὶ ἐμοῦ ἔχειν, καὶ ἐν τῷ τέως” (negligenter exscr. ex §. 19.).

Meierus (Proc. p. 253. 351.) orationem hanc non esse ἀπολογίαν δωροδοκίας, sed ἀπογραφὴν πρός τινα conjectit, et multa sane ei insunt quae huic sententiae faveant. Accuratam vero sententiam vix dicere ausim, quia oratio non πρωτολογία, sed ἐπίλογος est, ut ex initio appareat: περὶ μὲν τῶν κατηγορημένων ἵκεντας ὑμῖν ἀποδέειται. Argumentum hoc est: „Orator ab initio merita sua in rem publicam laudibus effert, trierarchias, choregias, arrhephorias, εἰσφοράς etc. numerat atque in has ab Ol. 92, 2. usque ad Ol. 94, 2. decem talenta et triginta sex minas (14575 Thlr. cf. Boeckh. O. c. I, 491 sqq. II, 121.) se comprehendisse contendit (— §. 5.); navea a se optime exornatas et a ducibus electas esse; ex pugna ad Aegos flumen ex omnibus (cf. Isoer. c. Callim. cap. 23. Clinton. p. 90.) quae servatae sint, se duas naves hostium manibus eripiisse (— §. 10.). Tum judicibus ne se suis bonis spolient supplicat; se liturgias spledidissime praestitisse; liturgias autem certissima publica vectigalia esse (cf. Boeckh. O. c. II, 6.); rem publicam ex bonis publicis sibi potius aliquid debere tradere; privatam enim vitam parcam, publicam

vero profusam fuisse (— §. 17.); nunquam male se reipublicas consoluisse. Quam ob rem judices bonam de se opinionem retineant orat. (§. 19.); accusatores vero impios esse Cinesiaque ignaviores. Ne igitur ipsum donorum acceptorum condemnent; satis apparere ex illis quae de officiis in civitatem praesulitis dixerit ejusmodi crimen ineptissimum esse (— §. 23.). Nunquam in reipublicae periculis domus memorem se fuisse; gratiam judices ipsi reddant neque calamitates". Dicit actor, se δωροδοκίας accusatum esse §. 21: ὑμῶν δέομαι μὴ καταγνῶναι δωροδοκίαν ἐμοῦ η. τ. λ. §. 22: ἐπὶ δὲ τῷ τῆς πόλεως κακῷ παρὰ τῶν ἄλλων δωροδοκοίην; aliis vero locis bona sua tabulis esse tradita seque publicorum bonorum receptorum accusatum esse indicat, ut §. 16: ἡγοῦμαι πολὺ ἀν δικαιότερον ὑμᾶς ὑπὸ τῶν ζητητῶν ἀπογραφῆναι τὰ ἔμε ἔχειν ή ἔμε νυνὶ κινδυνεύειν ὡς τοῦ δημοσίου χοήματα ἔχοντα. Quod quomodo cum illis conveniat nescio; ab Athenieusum inimicis fortasse bona publica actori tradita erant eamque ob causam δωροδοκίας est accusatus. Periculum quod sibi immineat, multis locis commemorat, §. 11: μὴ στερηθῆναι τῶν ἐμαυτοῦ, τὰ ὅντα ἀπολέσαι, §. 14: εἰν δ' ἔμε πένητα ποιήσητε, §. 25: εἰ ἀναγκασθησόμεθα ἐπὶ τοιαύτας αἰτίας ἀτιμοι γενέσθαι, ή [καὶ?] στερηθέντες τῶν ὑπαρχόντων πένητες είναι καὶ πολλῶν ἐνδεεῖς ὅντες περιμέναι; sed ex his locis de actione nihil colligi potest, quia et eum qui in παραγωγῇ ceciderat, et eum qui δωροδοκίας condemnatus erat, attingunt (cf. Meier. Proc. p. 352. Lelyveld. de iusam. p. 83 sq.). Orationem denique Ol. 94, 3. habitam esse statuit Franzius (ed. Lys. p. 251.), quod vernum esse videtur; orator eum, obi loquitur de choregiis etc. quas praestiterit, nullam post Euclidem archontem oblatam commemorat; breve demum tempus praeterisse ex quo pax composita sit, apparere videtur ex verbis §. 25: ὑμᾶς νυνὶ ἐν τῷ θαρραλέῳ ὅντας. De actoro postremo ejusque adversariis nihil notum est; hoc tantum sciens, illum Ol. 87, 4. (429.) natum esse, Ol. 92, 2. (411.) inter ephebos receptum, tum quum orationem babuerit, 27 adorūm aetatem egisse atque præmature (§. 24) uxorem duxisse.

## 22. Κατὰ τῶν σιτοπωλῶν.

Bekk. An. p. 77, 15: Ἀξιον· ἀντὶ τοῦ εὑωνον. 4.  
ἐν τῷ κατὰ τῶν σιτοπωλῶν (§. 8.); Suid. v. ἄξιον. Τά-

τονσι δὲ τὸ "Ἄξιον καὶ ἐπὶ τῶν ὥνιων, ὅταν εὑωνόν τι  
πυράσκηται. Λ. ἐν τῷ κατὰ τῶν σιτοπαλῶν .,,Ἐονται  
ώς ἐπὶ εὐνοίᾳ τῆς πόλεως ὠνοῦνται τον σῖτον, ἣν ὡς  
ἀξιώτατον ἦμιν παλῶσιν" (parum accurate ex §. 11.).

Legem aliquam, qua cautum erat ne quis plus frumenti  
quam quinquaginta φρούμονές (cf. Boeckh. O. c. I, 89.) coe-  
meret, dardanarii violaverant. Quare quidam per εἰσαγγελίαν  
(cf. Matthiac de judic. Alben. p. 232. Schoem. de comit.  
p. 198. Hessler. p. 221., Meier. Proc. p. 260. 264. 55.) eos  
detulerant ad prytanes, qui deinde rem in sevatu judicandam  
curavernut. Pravitate dardanariorum cognita complures statim  
Undecimviris eos tradendos esse censuerunt; cui vero senten-  
tiae is qui orationem Lysiacam habet, se opposuit atque esse-  
cit, ut res thesmothetis. (cf. Meier. Proc. p. 265) traderetur,  
qui Heliastas convocaverunt. Quorum in judicio ipse senatus-  
consulti illius auctor ut romorem de bona erga dardanarios  
voluntate refelleret, eoruendem accusator extitit atque orationem  
nostram babuit. Causa igitur ex qua senatusconsulti auctor  
factus sit et ex qua unum extiterit, exposita dardanarios vel  
potius unum eorum per interrogaciones impugnat. Leges quidem  
se violasse isti non negant, sed jussu τῶν σιτοφυλάκων  
(quorum tuuc temporis tres fuerunt, postea X. cf. Boeckh. I,  
90 sq.) frumenti plus quam licitum sit se coemisse contendunt  
(§. 5.). Quod vero falsum esse orator demonstrat (— §. 9.).  
Etiam si vero, pergit orator, frumentum coemere jussi erant a  
magistratibus, hoc nibil refert; leges enim superiores sunt  
magistratibus (§. 10.). Rei se excusat fortasse eo quod rei-  
publicae saluti se coemisse contendant; sed etiam hoc esse  
fictum obloquitur orator atque jam summam istius faecis pra-  
vitatem disertis verbis detegit (cf. Boeckh. I, 90.); nequitiam  
enim eorum tam infamem esse, nt quamquam omnium cetero-  
rum venaliorum legem οἱ ἀγορανόμοι tueantur, dardanarii pro-  
priis σιτοφυλάκι subjecti sint; eoruendemque fallaciam tantam  
esse, ut saepius magistratibus in judicio fuerint superiores bis-  
que ipsis ut supplicium decretum sit efficerent. Denique ora-  
tor exponit, etiam mercatorum cassa dardanarios damnandos  
esse." Orationem esse habitam Ol. 95, 4. statuit Fraozins  
(ed. Lys. p. 251.). Hoc vero falsum esse apparet ex §. 15.,  
ubi tum bellum geri dicitur: ἐν τούταις τοῖς καιροῖς ἐπι-  
βουλεύοντιν ἦμιν, ἐν οἴσπερ οἱ πολέμοι. Quorum ver-  
borum major est auctoritas quam eorum quae §. 14. legendur:  
τὰς συμφορὰς λογοπαιοῦσιν, τὰς σπουδὰς μέλλειν ἀπο-  
ρηθῆσεαθαι. Kruegerus (ad Clint. p. 109.) Ol. 98, 1.

paullo ante pncem Antalcideam or. scriptam esse conjectit, qua in re relegavit ad §. 14, ubi quid hanc sententiam confirmet equidem nescio. Orator dicit: οὗτω δ' ἀσμευοι τὰς συμφορὰς τὰς ὑμετέρας ὄρωσιν, ὥστε τὰς μὲν πρότερον τῶν ἄλλων πυνθάνονται, τὰς δ' αὐτοὶ λογοποιοῦσιν· η̄ τὰς ναῦς διεφθάρθαι τὰς ἐν τῷ Πόντῳ, η̄ ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἐκπλεούσας συνειλήφθαι, η̄ τὰ εὑπόρια κεκλεισθαι, η̄ τὰς σπουδὰς μέλλειν ἀπορρηθῆσθαι, quibus verbis, ni fallor, et de πρότερον πυνθάνεσθαι et de τῷ λογοποιεῖν bina exempla affert; quod si constat, verba η̄ τὰ εὑπόρια — ἀπορρηθῆσθαι praeteremamus; quaenam autem sit historia navium in Ponto amissarum equidem nescio; naves vero in itinere ab Lacedaemoniis captas cum commemoratur respicere videtur orator ad illas oaves, in Cyprus ad Euagoras auxilium missas, quas Teletius interceptit Öl. 97, 3. breve post oratio fortasse scripta est. Quam autem iocerta sit haec conjectura, satis appareat.

---

### 23. Κατὰ Παγκλέωνος ὅτι οὐκ η̄ν Πλαταιεύς.

Civis quidam Atheniensis Pancleonem fullonem qui sibi contumelias intulerat in jus vocavit. Pancleo vero civem se esse Plataico-Athenensem (de his cf. Westermann. de publ. Ath. honor. p. 36.) atque Deceleensem demotum ex phyle Hippothoontide, cuius ad diaetetas (cf. Hudtwalcker. de diaet. p. 5, 65.) Pancleonem deiude in jus vocavit actor. In tountriaam se contulit prope Hermarum porticum, quam Deceleenenses frequentabant; Deceleenenses autem se Pancleonem nosse negaverunt. Sed actor Pancleonem iam aepius esse accusatum apud Polemarchum certior factus etiam ad Polemarchum eum vocat (— §. 3.). Pancleo vero cum exceptione fori ute-retur (*παραχραφῇ* cf. Schoem. Proc. 647 sq. 628 sq.) actor adiit Euthycritum Plataeensium natu maximum et interrogavit, num quem nosset Hipparmodori filium, Pancleonem Deceleenensem Hipparmodorum quidem ille se nosse respondeat, sed non Hipparmodori filium. Ceteri quoque Pancleonem non uoverunt atque suaserunt ut si quam accuratissime vellet doceri in forum casearum postremo mensis die veniret, quo Plataeenses se congregarent. Cum die statim perveniret, newo quidem Pancleonem Plataeensem novit, sed unus ex iis sibi suis servum Pancleonem euimque effugisse affirmat. Paullo post, cum actor

Pancleonem à Nicomedē iu-servitotem vindicari videt (cf. Meier. Proc. p. 395 sqq.), accedunt quidam Pancleonis amici atque fratrem ejus esse affirmant, qui eum in libertatem asserturus sit. Quā ob rem Nicomedes vadimoniō praestitio cum dimisit (→ §. 9.). Postridie Pancleo et de hac in libertatem assertione et de fori exceptione defendi debebat; sed neque frater aderat ad hanc rem neque alias quidem quisquam, sed femina suam Pancleonem esse servum contendens. Quae dūm cum Nicomedē altercabatur, Pancleo a familiaribus abductus est. Ex quibus satis appareat, multum abesse, ut Platæensis sit, ut ne ingenuus quidem sit (cf. Boeckh. O. c. I, 405 sq. Meier. Proc. 546.). Jam priore tempore Pancleo ab Aristodico quodam ad Polemarchum in ius voratus erat, Pancleo vero cum παραγραφήν deferret, Aristodicus per διαμαρτυρίαν Pancleonem esse non Platæensem (cf. Schoem. Proc. p. 644. 639.) asseveravit. Deinde Pancleo testem quidem pro actionis injustitia produxit, sed deseruit ipse Thebasque abiit. Quid videtur testimoniorum satis luctulentum eum Platæensem non esse. Hisce argumentis fretus actor Pancleonem quod ejus παραγραφή falsa sit impugnat. Titulus orationis, ex grammaticorum calamis exortus, legendus est: κατὰ τῆς Ηλείωνος παραγραφῆς. Orationem habitam esse Franzius (ed. Lys. p. 251.) quidem statuit Ol. 95, 4, sed nequit tempus definiri.

---

**24. Πρὸς τὴν εἰσαγγελίαν περὶ τοῦ μὴ διδοσθαί τῷ ἀδυνάτῳ ἀργύρῳ.**

Harp. *Ἀδύνατοι Αἰσχίνης* ἐν τῷ κατὰ Τιμάρχου. οἱ ἐντὸς τῶν μνῶν κεκτημένοι τὸ σῶμα πεπηρωμένοι. ἐλάμβανον δὲ οὗτοι δοκιμασθέντες ὑπὸ τῆς βούλης δύο ὄβολοὺς τῆς ημέρας (οἱ μὲν φασιν ἔκάστης Cod. E), ή ὄβολόν, ὡς ιρησιν Αριστοτέλης ἐν *Ἀθηναίων πολιτείᾳ* ὡς δὲ Φιλόχορός φησιν ἐννέα, δραχμὰς κατὰ μῆνα. ἔστι δὲ καὶ λόγος τις Λυσίου περὶ τοῦ ἀδυνάτου, ἐν ᾧ ὡς ὄβολὸν λαμβάνοντος μέμνηται. — Snid. *Ανάπληρος*, οἱ χωλός οἱ μὲν ὑπερβολὴν πεπηρωμένος μέλει τινὶ τοῦ σώματος. *Λυσίας* ἐν τῷ περὶ τοῦ διδομένου τοῖς ἀδυνάτοις οὐδολοῦ. „Καὶ τι κωλύει ὑμᾶς μὲν ὥφελον γίνεσθαι τὸ οὐδολό, ὡς ὑγιεῖς ὄντας· τούτῳ δὲ ψηφίσασθαι εἰσάντας ὡς ἀμαπήρῳ (ράτιον accurate ex §. 13).” — „Ο δὲ δέσμιος εἰς μέσον παραγίνεται, ḥινα καὶ ωτα ἀνάπληρος παιγνιῶν τε γεγονὼς

παρανάλωμα" (neque nostrae orationis neque Lysiaco omnia esse videntur haec verba). — Bekk. An. p. 345, 15 — 21: "Αδύνατοι, οἱ μέρος τε βεβλαμμένοι τοῦ σώματος, ὡς μηδὲ ἐργάζεσθαι· οἱ καὶ ἔχορηγοῦντο τὰ πρὸς τὸ ζῆν παρὰ τῆς πόλεως, μισθοφορούντων αὐτῶν τῶν ἐντὸς τριῶν μηῶν περιουσίαν κεκτημένων, ἐδοκιμάζοντο δὲ οἱ ἀδύνατοι ὑπὸ τῆς τῶν φ' θαυμῆς, καὶ ἐλάμβανον τῆς ἡμέρας, ὡς μὲν Λυσίας, ὁ βολὸν ἔνα, εἰ. Αριστοτέλης δὲ β' ἔφη.

Orationis titulus qualem Suidas exhibuit falsus est; neque qualis est apud Harpocr. recte se habet; sed scribendum foret ὑπὲρ τ. α. Inscriptio quae nunc est optima est neque Taylorus debebat scribere: πρὸς τὴν εἰσαγγ. περὶ τοῦ διδοσθαι τῷ μὴ ἀδύνατῳ ἀργύριον. De egentium inopia publice levanda cf. Boeckli. O. c. I, 260 — 263, ubi lexico-graphorum locos correctos invenies, et Wachsmuth. ait. Gr. II, 1, 124. Civium pauperum, qui publice nutriebantur, unus fuit ille, qui orationem Lysiacam habuit. Accusatus est per εἰσαγγελίαν non ἀδύνατος esse, quod artem exerceret atque equitaret, ideoque beneficio publico privandus esse. Accusationem non fuisse εἰσαγγελίαν quam proprie vocamus, sed indicationem (*μήνυσιν*) Bremios statuit; atque omnino in oratione nulla est mentio εἰσαγγελίας; tamen habet litis formam. Neque oratio habita esse videtur in δοξιμασίᾳ. *Εἰσαγγελίας* autem actio non in gravioribus solum criminibus, sed in illis etiam levioribus deferendis erat, de quibus leges nullae extabant (cf. Schoem. de com. p. 197. Meier. Proc. p. 262.). Res dijudicatur in senatu; nam tum demum si senatus reum damnaverat neque ex sua auctoritate punire volebat, ad Heliastas res deferebatur, sicuti vidimus iuor. adv. dardanarios. Nostra vero oratio in senatu habita est. Orator invidia adversario objecta falsas esse iusimulatiq[ue] probat. Patrem dicit sibi nihil reliquisse, matrem a se nutritam ante hos tres annos esse mortuam neque sibi liberos esse; artis quidem se peritum esse, sed non servum qui ipsum adjuvet se possidere, beneficium igitur publicum, de quo jam lis, unicum esse quaestum, quo existincto so same necatum iri. Neque se senem aegrumque illo beneficio, quo vel robustiores fruuntur, privat, petit ex judicibus, persuasi ab adversario, qui si ipso ἀντίδοσιν offerret decies choregiam tragodis praecandam offerre quam semel ἀντίδοσιν accipere mullet (— §. 9.). Tum orator exponit, se non superbia, sed necessitate ductum interdum equitare; si enim dives esset, mula veheretur; pauperem vero

et duobus faleris in itinere sanixum non nisi longias prolixiscatur se ad equos commodatos adscendere; duobus scipioibus quod utatur mehercule, quamvis ceteri uni iunctautor, non robusti esse. Si validus esset, non archontatu excluderetur (cf. Boeckb. O. o. II, 44. Schoem. de comitt. p. 312. Hermann. progr. ad natal. elect. Hass. celebr. 1836. p. 35.). Deinde (§. 15.) tertium crimen se esse insolentem violentumque a se avertere studet orator; neque enim pauperum neque invalidorum nec senum esse vim aliis inferre (— §. 18.). Denique actor accusaverat, in rei domum leviam hominum turbam convenire; hoc vero reus probat sibi non esse opprobrium, opifices enim cuivis licere adire (— §. 20.). Omnibus igitur criminibus gravioribus refutatis, levioribus autem praetermissis atque vita sua quam legitima semper fuerit exposita orator iudicibus ne beneficium sibi subtrahant supplicat (— §. 27.). — Oratio faceta est atque orator quamvis corpore invalidus tamen mente validus auctor est; qua ex causa Boeckhius V. Cl. (Oec. civ. I, 261) statuit eam exercitationem esse. Contra quem verum *ἀγῶνα* esse putant Schoemannus (de com. p. 198.) et Bremius (prooem. ad b. or.), quibuscum me consentire consiteor. Athenienses enim monuit Boeckhins in egenibus adjovandis non morosos suisse oratori igitur non ad querelas effugientum fuit. Quamvis in aliis Lysiae orationibus gravitas vel potius tranquillitas eluet, tamen qui ubicunque τὸ ἔκαστω πρέπον elegit, hic quoque optime egisse videtur. Qno tempore oratio habita sit incertum est. Orator dicit se sub XXX virorum dominatu Athenis effugisse (§. 25.) quamquam sibi rempublicam capessere licitum fuerit; illo igitur tempore non senex pauper aegerque, sed post exulum redditum demum primo accepisse beneficium videtur. Inde vero jam multum temporis praeterlapsom (§. 22.) seque primo quum nondum senex fuerit publice donatum esse testatur (§. 8.). Oratio igitur multis aonis post Euclidem archontem habita esse videtur, ex Franzii (ed. Lys. p. 251.) sententia Ol. 96, 4.

## 25. Ιῆμον χαταλύσεως ἀπολογία.

Hanc orationem in δοξιμασίᾳ in Heliastarum iudicio habitam esse Meierus (Proc. p. 208.) conjectit. Quae sententia mibi verisimilima esse videtur. Oratio enim quamquam in hoc

mitia est, ex hoc autem causa plerumque dilecide potest cognosci, ut igitur de nostra oratione accurata sententia vix dici possit, tamen nonnulla sunt quae Meieri sententias favant. Δῆμον euim κατάλυσις (cf. Meier, p. 343.) plerumque morte, certe gravissima poena puniebatur. Qui vero nostram orationem habet, de tanta poena nihil loquitur, sed se nihil nisi δίκην δίδονται periclitari dicit (§. 32) atque accuratus §. 3.: ύμέτερον δὲ τοῖς μηδὲν ἀδικοῦσιν ἐξ ίσου τῆς πολιτείας μεταδίδονται; id quod indicare videtur, sicutum crimeo accusatoris qui erat magistratus designatus tauti aestimasse, ut dijodicandum Heliastis tradiderit. Quod autem majoris est momenti, in cansis δῆμον καταλύσεως actio erat solennis εἰσαγγελία, enjus nulla in oratione mentio est facta. Itaque qui orationem habet magistratus videtur electus, sed in exaudiene ab adversaris accusatus esse quod rempublicam revertisset. Remanserat enim ille sub XXX viorum dominatu in urbe ideoque populo certe suspectus. Quod vero crimen reus hac oratione a se avertire studebat. Primum igitur accusatores aggreditur. „Istorum, ait, opprobria falsa sunt; non omnes enim qui in urbe remanserant, illi accensant neque omnia quae XXX viri perpetratere facinora mihi objiciunt; accensant eos qui nihil peccarunt; hos vero eorum loco qui peccaverunt, punire vos dedecet” (— §. 6.). Hoc prooemio praemisso orator se defendit: „Omnis, ait, illam reipublicae formam habet optimam, quae sibi ipsis maxime prospicit; qua ex causa res publica a CD viris usque ad redditum exolum Phyleosium toties mutata est. Itaque qui in democratis ἄτιμοι vel alio modo in honeste tractati erant, civitatem conati sunt mutare; qui vero populo nihil male, multum boni attulerunt, iis gratia nec criminalio est reddenda (— §. 12.”). Tum orator qualem et populo et paucis dominantibus se gesserit, enarrat: „Sub populi dominatu nihil calamitatem sum expertus, quinque trierarchias, multas εἰσφορὰς, alias liturgias praestiti, in quattuor pinguis navalibus dimicavi; sub XXX viorum vero dominatu, quia popularis videbar, omniibus meis opibus sum privatus, nullo munero functus, qua ex re mentiri accusatores apparuit (— §. 14.). Illoque tempore civium ne unum quidem vexavi neque aliquid boni amicis praebui, quos tuum lubricum erat adjuvare, neque aliquem in civium tabernacula incerni neque arbiter civium ullum condonnavi; a nemine denique ut absolverem pecuniam accepi. Ita ut si in oligarchia quidem percavi, nunc certe bonis civibus ut admittere studebo (— §. 17.). Non illi hostes sunt putandi, qui sub XXXviris nec vexati sunt neque aufugerunt, sed ii,

qui populum graviter offendebat (§. 18.). Triginta viri quia dum populus rempublicam gubernabat crebro falsis accusationibus erant nisi ac pecunias corrupti, universum populum vexarunt; illis quidem judices succensebatis; nonne vero idem quod ipsi passi graviter tulistis, justum habere alii inferentes vos dedecet (— §. 20.)". Deinde ex concordia iu republika jam omnia pendere orator explicat: „Trigiotaviris dominantibus tam deum cum cives in urbe inter se esse discordes certiores essetis facti, animo vigintis, concordiam igitur hoc quoque tempore conservetis neque discordia neque fide sycophantibus habita exulum fiduciam angeatis (— §. 24.). Quadrageoris viris inuenire abrogatis Epigenes, Demophanes, Clisthenes sycophantae se ipsos locnpletantes civitatem civibus insontibus falso acrusatis damnatisque in summum discrimen adduxerunt, vos vero exoles excepistis, ἀτίμοις omnia civium jura reddidistis, aliis de concordia tñenda iurajuranda dedistis; per sycophantas enim populi dominatio evertitur (— §. 27.). Concordiam saepius insigniores exulom Phyleensium nobis commendarunt; cum e contrario hi sycophantae discordiam suadeant, ex pauperibus divites farti, nullius innumeris rationes redditentes, pro pace bellum excitantes, nobis fidem Graecorum eripientes neque omnino a XXX viris diversi. Illi igitur qui peccaverunt poenae sunt expertes, qui vero sycophantas non auro corruperant, acontiantur (— §. 32.). Ejsmodi homines pessimi ex periculis exulum Phyleensium praetexta nequitiarum suarum sumunt; alios autem quoniam reipublicae bene faciant impediunt; ne occultant quidem suam agendi rationem, sed pudet istos non improbos haberi. Nos autem quamquam jurajuranda observamus, si calamitatum autores videmus poenas luere ignoscimus; si vos illos qui non peccarunt punietis quasi peccaverint, eodem iudicio nos omnes" — Oratio b. l. mutila est\*) eoqne magis hoc detrimentum est dolendum quo splendidiorem quam hanc ipsam vix invenies orationem Lysiae. Dilucida enim est in omnibus partibus; pauca tantum hanc ob rem mihi sunt addenda. Quis rens fuerit nescimus. Accusatores videntur suis sycophantae quos vocat Epigenes, Demophanes et Clistheues; pro Epigene Meierus (de bon. damn. p. 177.) conjectit Epi-

\*) Verba ἡμεῖς δὲ, ὡς ἄνδρες κ. τ. λ. (§. 34) usque ad v. τῇσιν φίληροι παγκαὶ γῆπες εἰς ὑπό (sic) cum oratione sequente connectit eaque conjungit hoc μέρος; εἰς ὑπό ἄλλος ἡγούμενος ἀχριθῆ τῷ κ. τ. λ. bibl. Laur. plut. 74. cod. 12. teste Bandinio cat. bibl. Laur. t. ill. p. 101. Male.

erat enim esse scribendum enique eundem in quem extat Lysiae oratio; de Demophane nihil comperi nisi eum cum Elpagora oratione Isnri (cf. Westerm. hist. eloq. Gr. p. 294.) acusatum esse. Clisthenes est Silyrtii filius, de quo cf. Arist. Acharn. 118. Eq. 1374. Nub. 353. Av. 831 etc. Fritzsch, qnaest. Arist. I. p. 279. Quando oratio sit babita incertum est; tamen Franzii (ed. Lys. p. 252.) sententia scriptam eam esse Ol. 96, 1. a veritate non abhorrire videtur. Certe ante Ol. 96, 2. scripta est; orator eum saepius (§. 6, 20, 24.) de viris post anarchiam exilibus, nullo vero loco de bello quod geratur loquitur.

---

## 26. Περὶ τῆς Ἐνάνδρου δοκιμασίας.

Cum Leodamas quidam sorte archon creatus examine instituto per Thrasybulum, ut videtur, Colytteensem (cf. Arist. rhet. II. 26.) cecidisset, in ejus locum Evander quidam creatus erat, quem archontem Regem fuisse designatum et priores putaverunt atque etiam nunc Heskerus (Gerichtsverf. p. 100. 192.). Hanc vero opinionem satis refutavit Schoemannus (de com. p. 325. cf. Meier. Proc. p. 208.), cuius argumentum accedit, quod orator dicit §. 8. πότερον εὐσεβέστερον τὸν βασιλέα οὐδὲν etc., quomodo si de Rege examinando suisset consultatio, orator non potuisse loqui. Evaander examen metuens thesmothetis (cf. Schoem. l. l.) ut different in penultimum anni diem persuasit (§. 7. cf. Schoem. de com. p. 324. Meier. Proc. p. 153.). Sed adversarius extitit juvenis, qui post XXX viros expulsos inter viros demum receptus erat, atque Evandrum accusavit, quod sub XXX viris inter equites stipendia meruerit (§. 10.) multosque civium vel interficeret vel patria expulerit (§. 2, 10, 12, 13.). Simil omnia argumenta quibus Evandrem defendi possit refellit, primum Evandrum liturgias quidem praestitisse, has vero propter sclera quae perpetraverit nibili esse aestimandas (§. 4.), tum in democracia quidem tranquillum eum fuisse, sed hujus rei non ipsum esse auctorem, sed eos qui illum coercuerint, in oligarchia vero ubi ex arbitrio agero eidem fuerit licitum injustissima quaeque eum persecisse; deinde ne juribusjurandis citatur quae ioter exiles Phyleenses eosque qui in urbe remanserint valeant; ad eos solos illa pertinere, qui in oligarchia populo faverint posteaque exolum in gratiam redierint; denique autem Evandrum ut judicibus per-

suadeat ne se rejiciant, prolatum esse, si ipso caderet non  
tempus suorum esse alios archontis creandi atque hoc mode-  
sore, ut sacra patria rite peragi requirent (§. 16.); sed quod  
archontis designati loco Rex ceterique archontes sacra agerent  
esse melius quam quod Evander hoc monere fungeretur. —  
Hanc orationem esse habitam Ol. 95, 2. statuit Kruegerus  
(ad Clint. p. 99.), Ol. 96, 1. Franzius (ed. Lys. p. 252.).  
Ultraque sententia est incerta. Qui archon Ol. 99, 3. fuit  
Evander, reus fortasse fuerit. Quod si verum est sequitur et  
accusationem nihil valuisse et Thrasylolum significari Colyt-  
teum. Ipsa autem oratio nulla argumenta praebet: Evan-  
der an etiam aliis locis commemoretur nescio; de homine quodam  
eiusdem nominis qui fortasse idem fuit tradit historiam De-  
mosthenes (in Mid. p. 571.). Actor de se nonnulla enar-  
rat §. 21. 22.

---

*27. Κατὰ Ἐπικράτους καὶ τῶν συμπρεσευ-  
τῶν ἐπίλογος.*

Epicrates qui hac oratione accusator, juvenis, jam propter  
ingentem quam alebat barbam ab Aristophane irridebatur et  
σακεσφόρος vocabatur (cf. Eccl. 71. Rad. 866. Epp. Socr.  
13. Meinek. q. s. II. 23. Wachsmuth. ant. Gr. I, 2, 163.). Postea quidem non excelloit, sed quia inter exales Phyleenses  
fuit, a Demosthene taqunam ἀνήρ σπουδαιός καὶ πολλὰ<sup>χρησιμός τῇ πόλει</sup> laudatur. A Timocrate illum et Cephalum  
auro corruptos esse quod tradit Pausan. III, 9, 4. (cf. Wach-  
smuth. I, 2, 233.), in nostra oratione §. 3. (cf. §. 16.) si-  
gnificari Franzius videtur potare. Quod vix credibile est. Ti-  
tibraustis enim pecunias bellum Boeoticum conflatum est atque  
Athenae creverunt neque auri a Timocrate accepti Epicratem  
accusare jure poteraint. Quid vero est quod orator dicit, Epicratem  
jam prius δωροδοκίας accusatum esse? Epicrates leg-  
atus est missus ad Persarum regem teste Plutarcho (Pelop.  
30.): Ἄλλ' εἰσκεν οὐχ ἡ δωροδοκία μάλιστα παροξύνει  
τοὺς Ἀθηναίους Ἐπικράτους γοῦν ποτὲ τοῦ σακεσφόρου,  
μήτ ἀρνουμένου δῶρα δέξασθαι παρὰ βασιλέως, ψή-  
φισμά τε γράφειν φάσκοντος, ἀντὶ τῶν ἐννέα ἀρχόντων  
χειροτονεῖσθαι κατ' ἐνιαυτὸν ἐννέα πρέσβεις πρὸς βασιλέα  
τῶν δημοτικῶν καὶ πενήτων, δύως λαμβάνοντες εὐπο-  
ρῶσιν, ἐγέλασεν ὁ δῆμος. Demosthenes vero (de fals. leg.  
p. 430. 431.) enarrat, Epicratem capitum esse damnatum atque

in exilium effugisse. Num eterque unam eandemque rem re-spexerit? Hoc statuit Wachsmuthius (a. g. I, 2, 281.); mihi vero vix est probabile. Plutarchus enim l. l. Timagoram, qui Ol. 103<sup>½</sup> ab Athenieusibus eodem tempore quo Pelopidas a Thebanis ad Artaxerxem erat legatus, tradit capitis esse damnatum „εἰ μὲν ἐπὶ τῷ πλήθει τῶν δωρεῶν, ὅρθως καὶ δίκαιως”; causam autem damnationis veram fuisse quod Pelopidas plus Timagora apud regem efficerit; tum breviter addit historiam de Epicrate, ut probet δωροδοκίας Athenieuses non solitos esse punire. Quid? Plutarchus ut sententiam suam affirmet exemplum attulerit, quod illi fuit contrarium? Wachsmuthius dirimere quidem studet rem, sed Demosthenes dicit, illos viros esse condemnatos καταψευδομένους τῶν συμμάχων καὶ δῶρα λαμβάνοντας. Itaque his Epicratem legatum fuisse statuerim neque alio modo quae Lysias dicit: τούτου δὲ ἀποψηφίσασθαι explicare scio. De Epicrate penuliarem commentationem se scripturam esse Meierus jamdudum promisit (de bon. damo. p. 177.), quam nondum prodidisse valde doleo. Quare ipse uodum explicare studni nostramque orationem in alia causa ac illa quam Plutarchus attingit habitam esse puto. Nostra oratio est ἐπίλογος, cuius primariam quoque orationem Lysias scripsisse videtur; ad eam enim retulerim quae Bekk. Anecd. p. 103, 11. babent: Καταδιώξαι· Λυσίας κατὰ Ἐπικράτους; quae enim extat oratio non multa esse videtur. Qui denterologiam babuit, praesertim Epicratem ejusque collegas accusavit quod pecunias publicas surripuerint; alia commemoraverat qui primariam habuerat orationem. Quae omnia bene cum Demosthenis verbis congruunt; falsae legationis omnino sunt accusati. Orationem esse habitam Ol. 97, 1. statuit Frauinus (ed. Lys. p. 252.); ex oratione ipsa nihil colliges.

### 28. Κατὰ Ἐργοκλέους ἐπίλογος.

Ergoecles fuerat inter exiles Phyleenses (§. 12.). Quos cum Thrasybulus reliquis civibus prætulisse videatur in imperio Ergoecles quamquam alio modo excelloisse non videtur, amicus intimus Thrasyboli factus erat eique cum Teleutiam debellaturus cum quadraginta navibus mitteretur, collega additus. Sed si adversarii orationi fides habenda est, male co-generunt. Accusati enim sunt perduellionis (*πόλεις προ-*

δεδωκίς §. 1, 11.), peculatus (χλέπτων καὶ δωροδοκῶν §. 3.), repetundarum (§. 17. Ἀλεχαρνασσεῖς καὶ οἱ ἄλλοι οἱ ὑπὸ τούτων ἡδικημένοι) per εἰσαγγελίαν (cf. Schoem. de com. p. 194. Meier. de bon. damn. p. 194.). Quidam rationes pecuniarum publicarum reddere iuberentur, Ergocles Thrasyllo persuasit, ut Byzantium caperet et Senthæ filiam in matrimonium duceret; quod factum est, ut accusations syphactarum delerent. Hoc ipso tempore mortuus est Thrasyllo atque jam Ergocles solus in judicio stetit. In quo habita est nostra oratio quae quāquam ἐπίλογος tamen pulcherrimis mihi adscribenda videtur. Thrasybulum quidem acerbe orator impugnat, sed grato animo confitetur, enādem eximie reipublicae bene fecisse atque divinitus esse factum, ut hoc ipso tempore sit mortuus. Ergoclēm vero omni vi oratoria aggreditur. Enumerat quae peccaverit, quam malum consilium dederit Thrasyllo, auditores ne auro neve verbis Ergoclis se inter exiles fuisse corruptantur admonet, sed ut justam poenam petant. Oratio statim post Thrasybuli mortem habita est sub finem a. 3. Ol. 97. Gravissima lis intendita est Ergocli, accusatores enim non solum extiterunt inter cives Athenienses, sed etiam Halicarnassenses aliquique socii Athenas venerant, ut repetundarum criminis in Ergoclēm proferrebat. Accusationi punitio paruit. Tria quidem talenta Ergocles largitus est, ut oratores ipsius defunderent; sed illi non ausi sunt nibil quo egerunt. Populus εἰσαγγελίαν accepit. Res ad judices veoit; quorum ipsorum quingentos ex Piraeo et mille sexcentos ex orbe corruperat. Attamen capitū est condemnatus ejusque bona publicata (cf. Lys. adv. Philocr. §. 2.). Quod bene perspexit Schneiderus ad Xen. H. IV, 8, 24; paulo vero post addit sibi immemor: „magua pecunia multatum fuisse Ergoclēm, discimus ex Demosthene”; quod si Demosthenes dixisset, Lysias et Demosthenes inter se pugnarent. Sed verbis Demosthenis (de fals. leg. p. 398): ὅσοι διὰ ταῦτ’ ἀπολάσσουσι τῷ ὑμῖν, οἱ δὲ χρήματα πάμπολλ’ ἀφλήκασιν, οὐ χαλεπὸν δεῖξαι, Εὐγόφιλος, Κηφισόδοτος, Τιμόμαχος, τὸ παλαιόν ποτε Εὐγοκλῆς, Διονυσίος, ἄλλοι — nibil potius inesse, quod nos doceat, Ergoclēm a Demosthene non ad τοὺς μὲν, sed ad τοὺς δὲ relatum esse optime monuit Meierus (de bon. d. p. 194 sqq.). Hinc falsa quae addit Schneiderus: „cum molta irrogata ei ex opibus multo minoribus non posset redigi, quaestione instituta accusatus est a Lysia Philocrates”; cum deberet dicere: „cum publicata Ergoclis bona omium spe miuora essent, Philocrates quod multa surri-

puerit ex boatis publicatis accusatus est." Ad hanc accusacionem pertinet oratio proxime sequens.

### 29. Κατὰ Φιλοκράτους ἐπίλογος.

Philocrates Ephialtae filius, Iphicratis frater (quem ipsum liti de Hermis munitatis institutae fuisse implicitum summo jure mihi videtur conjectisse Droyse. de Arist. Av. et Herm. p. 35.) paullo antea auxilium decem navium triremium cum peltastis Euagorae submissum duxerat (Xen. H. IV, 8, 24., ubi lectio nem vulgata Meierum voluisse mutare supra [p. 93.] vidi mus); quas naves intercepit Teleutias, adversus quem Thrasybulus missus est. Thrasybulus deinde et Ergocles accusati sunt; Ergoclis bona publicata quum omnium spe minora essent, quia Ergocles quod trionta talenta surripuerit accusatus erat, in suspicioem bonorum Ergoclis occulorum (cf. Boeckb. O. c. I, 426. Meier. Proc. 257. 259.) venit Philocrates, qui Ergoclis fuerat quaestor et amicus (cf. Boeckb. I. 195. Meier. d. b. d. p. 194. 213.). Quod crime ut a se averteret, Ergoclis inimicum se fuisse simulavit Philocrates, ab oratoribus tria talenta quae ab Ergocle acceperant, minus rededit (§. 6.) atque testes produxit, inter se et Ergoclem summam discordiam extitisse (§. 7.). Multos etiam argento corrupit, qui se accusatores esse communi nati erat. Orator igitur noster dicit: ὁ ἀγῶν ἐρημότερος γεγένηται ἡ ἔγω προσεδόκων, πολλοὶ γὰρ ἡσαν οἱ ἀπει λοῦντες καὶ οἱ φάσκοντες Φιλοκράτους κατηγορήσειν· ὃν οὐδεὶς νῦν φαίνεται. Quibus ex verbis apparere vide tur, nostram orationem non esse ἐπίλογον; sed tam brevis est, ut iode non suspicer eam primariam esse. Orationem esse habitam sub initium n. 4. Ol. 97. crediderim. Philocrates legatus missus esse ad Lacedaemonios dicitur a Demosthenes (adv. Aristocr. p. 659.); quo tempore hoc sit factum, mihi incertum est. Ceterum cf. frgm. 129.

### 30. Κατὰ Νικομάχου γραμματέως ἐνθυνών κατηγορία.

Harp. ἐπιβολὴ ἡ ζημία — πᾶσα Λυσία ἐν τῷ κατὰ Νικομάχιδου, εἰ γνήσιος ὁ λόγος. Legitur v. ἐπιβολὴ in nostra or. §. 3. atque in eadem §. 11. Νικόμαχος vocatur

*Nicomachidης*; primitivum enim et patronymicum nomen in eadem persona saepius obtinebat (cf. Heinsterb. ad Lucian. Tim. §. 44. n. 31. et quos citat Schoemannus ad Is. p. 344, qui recte Foertschii explanationem, exemplis similibus non probatam, respuit). — Nicomachus post expulsos Quadringentos mox Solonis leges recognoscendi (*ἀναγράφειν*) traditum erat ea condicione ut quatuor mensibus rem persolveret; sed iste pro IV annos per sex annos munus obtinuit (§. 2.). Cum autem videatur usque ad Athenas a Lysandro Ol. 93, 4. (vere a. 404.) captas hoc magistratu functus esse (§. 3.), paucis mensibus post Quadringentos ejectos id accepit, quod scelestissime ad arbitrium suaque solum avaritiae serviens administravit (§. 10 sqq. cf. Schoem. Proc. 660.), ita ut magistratos poenam ad eo repetere oportet (§. 3.). Attamen cum XXXviri imperium usurpassent in exilium ejectus (§. 15.), illis expulsis rediit (§. 16.). Libertate recuperata Tisamenus (de quo cf. Droysen. ad Arist. Acharn. 603.) soaxisit, ut antiquae Solonis leges receuserentur atque populo probatae confirmataeque sub tutela Areopagitarum essent. Electi suot nomothetae, quibus ut leges conscriberent uno incuse, est mandatum (cf. And. de myst. §. 83. Schoem. de com. p. 270.). Ex eorum numero videtur Nicomachus fuisse; quare ab oratore non solum sicuti Tisamenus *νομοθέτης* (§. 28.) vocatur, sed etiam (§. 3.) id quod mandatum erat intra triginta dies perficere jussus esse dicitur. Nomothetae munus legum recognoscendarum dispartiti erant; Nicomachus id accepisse videtur, ut ea quae ad sacra spectarent renovaret (§. 17.). Hoc quoque munus somma cum licentia gessit; neque solum sumptus maximos in sacra fieri in summa pecuniae pecunuria jussit (cf. Boeckb. O. c. I, 227. II, 132. 127. Morell. ad Arist. Leptin. p. 173. ed. Grauert.), sed iterum magistratum suo arbitrio in IV annos prorogavit (§. 4.); neque unquam ejus rationem reddere voluit (§. 5.). Tandem ab eo, cui Lysias orationem conscripsit, ius est vocatus; itaque nostra oratio habita est Ol. 95, 2. Aliam rationem Breuius, quoniam fere concinnunt Marklandus et Augerius, iniit, ex qua conjectit orationem habitam esse Ol. 94. post ejectos XXX viros atque quidem anno minimum spatio praeterlapso; quid? quod Fraenius (d<sup>o</sup> Lys. p. 8.) eam Ol. 94, 1. conscriptam esse contendit. Reiskius a veritate non tantopere abhorret. Sed rationem, qua Breuius comparavit quae §. 2. de sex et §. 4. de quatuor annis per quos magistratum obtinuisse fertur rens, legimus, ne de Wachsmuthio dicam, qui (ant. Gr. I, 2, 269.) hauc differentiam prorsus praetermisit, luculentiter

resutavit Bergkis (ad calc. Andoc. Schiller. p. 141 sqq.). Non enim solum verba ἐπειδὴ ἐκείνων — καὶ νῦν (§. 4.), quibus utrumque munus distinguitur (cf. §. 25. Krueger, ad Clint. p. 99.), obstant, sed etiam quae orator §. 22. profert, clare nos docent, post XXX viros ejecitos innus revin administrasse (cf. Bergk. p. 144.). Nec mirum, oratorem in prius rei negotium accuratis ioquirere; quod eo consilio tautum fieri, ne reus ex priore vita publica excusationem expromat, minime vero ut ipse iude accusatiōēm instituat orator satetur (§. 15.). Quare ad alterum solum magistratum quam scelestissime sit administratns demonstrandum testes producit (§. 20.). Bis igitur Nicomachos munere legum conscribendarum functus est; sed ad hanc rem non cum Bergkio (p. 145.) illa quoque restulerim quae orator §. 29. profert; verbum enim δἰς v. πολὺν χρόνον oppositione de duobus continnis aūnis (cf. Boeckh. O. c. I, 203.) intelligendum est neque appareat cur pluribus annis praeterlapsis eundem scribam iterum eidem magistratni assignari non licitum sit (cf. Hesler. Gerichtsverf. p. 33.). De priore Nicomachi vita Bergkios (p. 146.) doctissime multa exposuit. Lysias cum ipsam vocat δημόσιον (§. 6. 27.) rem amplificat; ipse ioter φράτορες quamvis sero erat inscriptus (§. 2.), pater vero fuit δημόσιος (cf. Boeckh. O. c. I, 199. Bergk. p. 147. sq., cuius argumentatione Meieri [de bon. dann. p. 62.] et Bremii sententiae cadunt). Collegae Nicomachi in munere legum conscribendarum intra tempus justum id quod. sibi erat impositum expleverant, ut ex Aud. de myst. §. 85. apparet. Itaque illa quae in nostra or. §. 29. leguntur τοὺς αὐτοὺς ἑᾶτε etc. non ad illos referenda, sed ex oratorum exaggerandi modo de Nicomacho solo (cf. §. 5.) explicanda sunt. — De actione certius quidquam dicere non ausim. Praesertim quidem ἀλογίου accusatur, qua de causa logistae ἡγεμονίαν δικαστηρίου habent (cf. Meier. Proc. p. 361 sqq.), aliis vero locis καταλύσεως τοῦ δήμου arguitur (§. 30. 35), quod crimen thesmothetae judicandum curant; Heliastae judicant. Titulum orationis a grammaticis esse corruptum notavit Meierus (Proc. p. 214.).

### 31. Κατὰ Φίλωνος δοκιμασίας.

Philo Acharneus quidam (§. 16.) a XXX viris urbe expulsus aliquando in agro vivebat; quem exiles Phyleenses

in Piraeenm convenirent, opibus suis coactis Oropum (Oropus illo tempore Atheniensibus non erat subiecta (cf. Hermaon. antt. Gr. §. 117.) se contulit ibique inquinilus neque exulum neque adversariorum partes quamvis validus secutus est neque alteros armis pecuniisve adjuvit, sed agros pervagans civibus paoperibus iuvalidisque omnia quae ipsis erant spoliabat (§. 8 — 19.); in privata quoque improbus erat vita, ita ut mater nullam ei fidem habens apud Antiphanem quandam depuneret tres minas (cf. Boeckh. O. c. I. 126.), ut ipsam sepelieundam curaret (§. 20 — 23.). Attamen Philo non solum Athenas reverti, sed senator sorte electus examen sustinere ansus est (§. 2.). Quam ob rem a seuatore quodam in examine ipso in seuatu accusatur. Actor igitur postquam se non odium privatum satiurnum, sed ut jurjurando senatorio obsequatur produisse est professus collegasque adhortatus ut si quid scelerum Philonis ipse praetermisisset explerent (§. 5.), sententiam evocavit, omnes qui ibi patriam esse ubi bene sibi sit conteudant suum commodum patriae praeferre (— §. 7. cf. Moret. varr. lect. II, 3.); ex hisce esse Philonem, qui quomodo hanc sententiam tota vita et privata et publica probaverit deinde exponit (§. 8 — 23.). „Fortasse, pergit orator, ad ea quae in posterum acturus sit provocabit, sed beneficiorum praeteritorum, non futurorum gratia est reddenda; iste si crearetur, vel boni cives civitati officia servare desisterent. Quicunque statiouem vel navem vel castrum, ubi cives sunt, prodiit, morte et bonorum publicatione et sepultura in patria negata punitur (cf. Meier. de bon. damn. p. 11.); quam ob rem Philo minimum in servitutem redigi meretur. Ejusmodi sceleri quod ex lege non poena imposita sit ne obtendat; tale enim faciosus posse committi mente prospici nequivit; levissima poena foret *ἀτιμία* (— §. 29.). Nec fieri potest ut qui urbem nibili habuerit bonum quidquam civitati snadeat (— §. 32.). Ii vero qui non pro eo supplicabunt, prius eum ut reipublicae prodesset rogarent oportuit; se ipse enim honore quem nunc desiderat, privavit”. — Actio qua Philonem aggredi potuit orator simillima est ei qua Leocratem persecutus est Lycurgus; Philo aequo ac Leocrates γραφαῖς λειποταξίου, προδοσίας, δῆμου καταλύσεως, γονέων κακώσεως in judicium potuit vocari; cum igitur singularis lex de omnibus his facinoribus nou extaret, reos per εἰσαγγελίαν erat accusandus (§. 27.). Solo eos qui in seditionibus alterutrius partis non essent, ignominia notaverat; sed quia ἀμνηστεῖα verisimile est non solum inter cives ἐκ Ηεραιῶν ex altera parte atque cives ἐξ ἄστεος ex altera

valuisse, sed ad omnes qui illo fere tempore non ἀτιμίζει  
fuerint notati pertinuisse, ita lege orator non utitur; sed ut  
prodictionis poena legitima Philoni imponenda in ἀτιμίζει mne-  
tetur postulat. Senatus in hac actione dijudicanda erat judi-  
cium; actori autem uiam tantum orationem habere licebat  
(§. 16.). De Philone nihil nisi ex nostra oratione comperi.  
Philonem quendam post XXX viros expulsos falsae legationis  
esse accusatum, sed solutum commemoravit Isocrates (c. Callim.  
c. 11.), is vero est ἐξ Κοιλῆς; alius Κυδαθῆνας athlo-  
theta legitur in inser. (ap. Boeckh. O. c. II, 165.); alius est  
Aeschinis oratoris affinis (Dem. de cor. §. 234.); alius P. ὁ  
Αἰσχονέως (Dem. c. Polycl. p. 1221.). Orationem nostram  
scriptam esse Ol. 94, 4. Kraegerus (ad Clio. p. 97.), Ol. 96,  
1. Franzins (ed. Lys. p. 252.) conjecterunt; equidem alteram  
sententiam alteri praeferre non ausim.

---

### 32. Κατὰ Διογείτονος.

Oratio haec a veteribus laudibus summis effertur atque a  
Dionysio et Photio ejus partes accuratissime expountur. *Ἐστι*  
*δὲ ὁ λόγος*, inquit Dionysius (vit. Lys. §. 22.), *ἐκ τῶν ἐπι-*  
*τροπικῶν ἐπιγραφόμενος κατὰ Διογείτονος ὑπόθεσιν δὲ*  
*ἔχων, τοίανδε*. Διόδοτος κ. τ. λ.; hypothesis enarrata prooe-  
mum εἰ μὲν μὴ μεγάλα κ. τ. λ., narrationem ἀδελφοὶ ἡσαν  
ῳ ἄνδρες δικασταὶ κ. τ. λ., expositionem fidei qua dignus  
sit actor (*πρῶτον μὲν οὖν τούτων ἀνάβητέ μοι μάρτυ-*  
*ρες*), indigens vero reus (*ἄξιω τοίνυν ὥ ἄνδρες δικασταὶ*),  
omnia virtutibus oratoriis reserta esse probat. Θαυμάζονται  
μέντοι γε, ait Photius, αὐτοῦ (*Λυσίου*) ἄλλοι λόγοι καὶ δὴ  
καὶ ὁ πρὸς Διογείτονα ἐπιτροπῆς πιθανήν τε γὰρ καὶ  
καθαρὰν τὴν διήγησιν ποιεῖται. Άλλ’ οὐκ εὐθὺς ἐπὶ τὰς  
αὐξήσεις καὶ τὰς δεινώσεις, ὅπερ πολλοὶ πάσχουσιν, ὑπά-  
γεται κ. τ. λ. Dionysius et Photius omnia quae de hac ora-  
tione scripserunt exscribere piget, cum duas tresve paginas il-  
lorum verbis explarem. Argumentum laudat Maximus Planu-  
des (schol. Herm. T. V. p. 546. W.): Διόδοτος Διογείτο-  
νος τοῦ ἀδελφοῦ θυγατέρα γῆμας καὶ σχὼν ἐξ αὐτῆς  
παιδας, ἔξιν ἐπὶ πόλεμον ἐν τοῖς Πελοποννησιακοῖς  
ἐπιτροπον καταλιμπάνει τῶν παιδῶν τὸν ἀδελφόν, καὶ  
μαχόμενος ἐν Ἐρέσῳ τελευτᾷ τὸν βίον. Αθηναίων δέ  
τις γῆμας τὴν Διόδοτον μὲν θυγατέρα, Διογείτονος δὲ

Τηγατριδῆν, ἐγράψατο Διογείτονα κακῆς ἐπιτροπῆς τῶν παιδῶν, ὡς Λυσίας γέγραψε τὸν κατὰ Διογείτονος λόγον. Verba ἀδελφοὶ ἡσαν — ὄμοπάτροι laudatur ab eodem (p. 381. Ald. T. V. p. 452. W., Cod. Ven. — ὄμοιότροι). Non immerito tantopere haec oratio laudatur, venustissima enim est atque in primis πιθανότητος Lysiace exemplum; vebe- menter ideo dolendum quod in fine mutila est. Titulus a Dionysio laudatur, uti nunc legitur, κατὰ Διογείτονος; vi- perandus antem est criticus Halicarnassensis quod in argumenti expositione scripsit: ἐγράψατο κακῆς ἐπιτροπῆς (cf. Moeris p. 143.). Photius iuscriptsit πρὸς Διογείτονα ἐπιτροπῆς; ἐπιτροπῆς recte se habet, sed πρὸς Λ. perversum est, ut ex argumento appareat; quod est hoc: Diodotus et Diogiton fratres germani res mobiles inter se partiti, immobiliibus conjunctim usi sunt (cf. Meier. Proc. p. 378.). Diodoto, quoniam faculta- tes suas mercatura multo anxisset, Diogiton filiam in matri- monium dedit, ex quo filia et duo filii geniti sunt. Postea Diodotus cum Tbrasylo stratego τῷ ἐπὶ τῶν ὄπλιτῶν (cf. Boeckh. O. c. II, 178. Schoen. de com. p. 314. Meier. Proc. 105.) Ol. 92, 3. ut Samum proficiseretur conscriptus est. Tum fratri suo eidemque socero tutelam liberorum concessit (cf. Meier. Proc. p. 447.) atque apud eum depositit quinque talenta et testamentum; praeterea foenore nautico probavit elocata sibi esse septem talenta et quadraginta mias, in Chersoneso debita duo millia drachmarum. Cum fratri demaudasset, ut si quid ipsi accidisset, uxori talenti dotem (cf. Meier. Proc. p. 410. Boeckh. O. e. II, 49.) omniaque quae in aedibus essent daret, filiae autem talentum, uxori vero viginti mias et trigiota stateras Cyzicenos reliquisset, abiit ac brevi post Ephesi mortuus est (cf. Diod. 13, 64.). Diogiton primum quidem filiam mortem celavit et testamentum obsignatum unde foenora nautica cognosceret surripuit. Brevi vero post morte nunciata honoribusque sepulralibus confessis per annum in Piraeo habitaverunt. Tum fratri viduam Hegemoni in ma- trimonium ac quinque milia drachmarum dotem dedit Diogiton, quae prima fuit fraus; talentum enim dotem dari voluerat Diodotus. Liberi Diodoti in urbem missi sunt indeque Diogiton tutelam scelestissime exercerit, ut omnia undecunqne acciperet liberis ex secunda uxore procreatis corraderet (§. 17.) Neque enim liberorum domum elocavit neque agrum ewit, quorum ex redditibus eos nutriri posset (cf. §. 23. Boeckh. O. c. I, 158. Meier. Proc. 295. 451.), sed cuius trierarchiam cum Alexide praesta- ret (§. 24. cf. Boeckh. O. c. II, 87. 120.) ad eamque se

quadraginta octo minas dedisce contuleret, i<sup>n</sup>fantibus, quamquam popilli trierarchia liberi sunt etiam per annum posquam sui juris facti sunt, dimidium expensum tulit; rationibus vero trierarchiae pensitatae comparatis d<sup>r</sup>prehensus est nihil nisi vi-ginti quattuor minas expendisse easde*u*ique ab i<sup>n</sup>fantibus sol-vendas curasse (§. 26. 27.). Praeterea navem in mare Adriaticum navigantem duobus talentis operavit liberorum périculo (§. 25. cf. Boeckh. O. c. I, 148. Meier. Proc. p. 451.) ; quum vero mercatura duplum reddidisset (cf. Boeckh. O. c. I, 65.), suas esse pecunias contendit. Porro trium liberorum ὄψον quotidie quinque obolis constitisse, calceamenta et impensas fulloicas tunicasque per octo annos pluris quam talento (§. 20. cf. Boeckh. O. c. I, 111. 125.) dixerat. Ex patris exsequiis quae ne viginti quinque quidem minas constiterant, 2500 drachmas, ad Dionysiaca agni pretii quod sedecim drachmas (cf. Boeckh. O. c. I, 83.) fuisse dixit, octo drachmas, ex aliis festis quadraginta minas, denique alia multa expensa fecit i<sup>n</sup>fantibus. Quibus omnibus non occulitis, multis autem aliis incogitatis, filius Diodoti natu major quam inter ephebos recipereatur, Diogiton (§. 9.) liberos domo ejecit nihilque nisi viginti minas et trigiota stateras a patre esse relictas atque adhuc sua pecunia i<sup>n</sup>fantes se nutriisse mentitus est. Lacri-mantes matrem adierunt; actore consulto Diogiton i<sup>n</sup> res co-rum cognatis (§. 12.) ageretur vix persuaserunt. Ibi mater liberorum, filia Diogitonis, patrem ipsum argenti impiissime subducti accusavit; conjugem suum probavit quinque taleota reliquisse, testamentum a liberis repertum sibi<sup>q</sup> traditum esse, Diogitonem centum minas foenori datas accepisse aliasque viginti minas multamque supellectilem; frumentum quotannis ex Chersone (cf. Boeckh. O. c. I, 85.) liberis mitti. Spleodidis verbis femina depinxit omnia, ut qui affuerunt lacrimas effunderent (§. 18.) ; sed Diogiton in nequitia perseveravit atque liti impli-carri quam pecuniam reddere maluit (§. 2.) ; denique quidem (§. 28.) Diodotum septem talenta et quadraginta minas reli-quisse concessit, quorum vero non nisi viginti minas et tri-ginta stateras (§. 9.) superesse. — Litem fuisse γραφὴν ἐπιτροπῆς Boeckhius V. Cl. (O. c. I, 380.) statuit, sed Hessterus (Gerichtsv. p. 251.) et Meierus (Proc. p. 293.) δί-κην ἐπιτροπῆς recte mihi videntur intellexisse. Γραφὴ enim ἐπιτροπῆς tum demum potuit institui, si liberi non erant sui juris, sed ex Diodoti liberis unus jam in suam tutelam perver-narat. Summum quidem périculum (*τὸν ἐσχάτους κινδύνον*) Diogiton i<sup>m</sup>minere actor dicit: at in actione tu-

telae privata de reddenda tantum pecunia litigatum esse constat; quamobrem bac ex hyperbole oratoria dicta intelligenda sunt. Quaenam tutela gerebatur, tamdiu ratio non reddebatur; in nostra vero oratione Diogiton (§. 19.) rationem reddidisse fertur. Ex hac quoque causa oratio nostra δίκη intelligenda est. Δίκη autem ἐπιτροπῆς a liberis ipsis tutela finita iustiebat. Accipiamus igitur actorem vel tanquam κύριον uxoris produisse simulque ejus fratum nomine dixisse vel tanquam συνήγορον hauc δευτερολογίαν, ex Diodoti autem filiis natu majorem πρωτολογίαν brevem habuisse. Orationem esse habitam Ol. 96, 1. conjectit Franzius (ed. Lys. p. 252.); rectius vero Ol. 94, 4. statuerunt Krnegerus (ad Clint. p. 97.) et Westermannus. Ol. 92, 3. abiit Diodotus et paullo post mortuus est; per octo autem annos Diogiton tutor fuisse dicitur (cf. §§. 9, 20, 29.). Primum in amicorum concilio statim post tutelam finitam accusatus est, tum in Heliastarum judicio, quod paullo post esse factum non video cur possit negari. Franzium id videtur offendisse, quod filius natu minor nondum erat sui juris. Sed tum quum major Diodoti filius inter ephesos esset receptus Diogiton utrumque domo sua ejecit (§. 9.) itaque tutelam depositum; major enim filius matura sua aetate ipsa tutor fratris factus est. Ol. igitur 94, 4. filius Diodoti major Diogitonem accusasse, δευτερολογίαν antem sororis maritus videtur habuisse. Qui ab initio dolorem declarat, quod agnatus reus sibi faciendus sit, sed Diogitonis culpam tantam esse, ut nihil sibi sit reticendum. Tum Diogitonis tutelam qualem exposui depingit atque fine tutorem ex talentis septem et minis quadraginta minimum sex talenta et viginti minas debere reddere (cf. Boeckh. O. c. I, 125.) probat. Diogiton Acharnensis ταμίας τῶν ιερῶν χορμάτων τῆς Αθηναίας καὶ τῶν ἄλλων θεῶν commemoratur in inscr. ex Ol. 95, 3. (ap. Boeckh. C. J. I. p. 231.); hic idem esse videtur qui in or. adv. Neaer. p. 1360. laudatur ideoque ex facili temporum computatione diversus a nostro Diogitone.

### 33. Όλυμπιακός.

Λόγος πανηγυρικὸς, ἐν ᾧ πείσει τοὺς "Ελληνας ἀγομένης Ὀλυμπιάσι τῆς πανηγύρεως ἐκβάλλειν Διονύσιον τὸν τύραννον τῆς ἀρχῆς καὶ Σικελίαν ἐλευθερῶσαι, ἀρχασθαῖ τε τῆς ἔχθρας αὐτίκα μάλα, διαρπάσαντας τὸν

τοῦ τυράννου σκηνὴν χρυσῷ καὶ πορφύρᾳ καὶ ἄλλῳ πλούτῳ πολλῷ κεκοσμημένην· ἐπειρψε γὰρ θεωροὺς εἰς τὴν πανήγυριν ὁ Διονύσιος ἀγοντας θυσίαν τῷ θεῷ μεγαλοπρεπής τε καταγωγῇ τῶν θεωρῶν ἐγένετο ἐν τῷ τεμένει καὶ πολυτελής, ἵνα θαυμασθείη μᾶλλον ὁ τύραννος ὑπὸ τῆς Ἑλλαδος· ταύτην λαβὼν τὴν ὑπόθεσιν τοιαύτην πεποίηται τὴν ἀρχὴν τοῦ λάγου· Ἀλλων κ. τ. λ. (Dion. Hal. Lys. 33.). — Rem narrat et Olympiacum laudant Diodorus XIV, 109. et Plutarchus (vit. Lys. p. 326.). Neque ostentationis causa eum scriptum esse significat Hermogenes (de form. p. 146. 147. T. III. p. 395. W.): Ἰσοχράτους καὶ Λυσίου Ὄλυμπικοι τε καὶ Παναθηναϊκοὶ καὶ αὐτὸ τοῦτο πανηγυρικοὶ, καὶ ἐπιγράφονται οὕτω Πανηγυρικοὶ δῆλον ἔστι ὡς ἄλλο τι βούλονται· μετρίως γὰρ πως ἔχουσι τὸ πανηγυρικὸν καὶ ὅσον τάχα ἂν καὶ συμβουλὴ τις ἡ δικανικὸς λόγος δέξαιτο. Laudat Harp. v. Ιόνιος. 1. ἐν Ὄλυμπιακῷ. τὸν Ἀδρίαν καλούμενον οὕτως ὀνόμαζον ἐνιοτε οἱ παλαιοί. Errat autem Taylorus Olympiacum Theonem (I, 18.) respicere putans (cf. supr. p. 52.). Habita est oratio festis Olympicis a. 388. Ol. 98, 1., non Ol. 98, 2. (Franz. Lys. p. 252.).

### 34. Περὶ τοῦ μὴ καταλῦσαι τὴν πάτριον πολιτείαν Ἀθῆνησι.

Plebe ex Piraeo reversa quum viri oligarchici ut ipsos denuo populus vexaret accusationibus timerent, Phormisius ad populi auctoritatem coercendam legem tulit ut nemini nisi agrorum possessoribus reipublicae gernudae participi esse liceret (cf. Wachsmuth. antt. Gr. II, 2, 268.). Quae si rata fuisset, quinque milia civium rebus publicis exclusa essent. Sed extitit in Phormisium adversarius, cui nostram orationem scripsisse Lysias fertur. Quae nom habita sit jam Dionysius fuit incertus; qualis nobis est tradita, de illa re dijndicari nequit; nihil enim habemus nisi fragmentum a Dionysio servatum; fragmentum istud certe dubitationem non adjuvat. Legem Phormisii iustam et periculosam esse orator demonstrat inque ea re provocat ad Argivorum et Mantineensium exempla (cf. Clinton, f. H. p. 431 sq. 424. Kr.). Oratio conscripta est Ol. 94, 2.

## 35. Ἐρωτικός.

Lysiae Eroticus nobis servatus est in Platonis Phaedro, cuius argumentum accurate expositum iuvenimos a Gregorio Corinthio (ad Hermog. περὶ μεθ. δεινοτ. T. VII. p. 1162. W.), quod breviter attingit Philostratus (epp. VII. p. 918. Olear.): τὸ μὲν μὴ ἔρωντι χαρίζεσθαι λυσίου δόξα· τὸ δὲ ἔρωντι δοκεῖ Πλάτων· σὺ δὲ (Ἀθηναῖς) καὶ ἔρωντι καὶ μὴ ἔρωντι· τοῦτο δὲ σοφὸς μὲν οὐδεὶς, λαῖς δὲ, οἷμα, ἐπῆνει. cf. Theon. II, 18. Maxim. Plaud. ad Herm. form. p. 400. Ald. T. V. p. 513. W. Galen. de Hippocr. et Plat. phil. IX, 5. At in hoc festivo arguento Plato non subsistit, sed in eloquentiae naturam altius inqnirit. Quod autem maxime ut orator observet postulat, hoc esse veritatem (cf. Haenisch. comm. de anctor. Amator. p. 17.) recte intellexit Scholiasta quidam Hermogenis. (p. 120. Ald. T. IV. p. 297. W.), sicuti in aliis quoque dialogis idem statuit. Haec est summa, quam ex posteriore dialogi parte colligimus quaeque omnes illius temporis oratores insectatur. In priore vero parte Lysiam solum impugnat: Socrates ab initio Lysiae sententiam „τῷ μὴ ἔρωντι χαρίζεσθαι δεῖ” ironice comprobat atque quae idem sentiat orationem amatoriam habet. Jam vero Lysiæ sermonem perplexum ac plane membrorum junctura destitutum exprobrat; ethicum orationis Lysiaceæ argumentum praetermittens dictionem impugnat (cf. Plat. de audiend. c. 13. Lucian. de domo §. 4. Diogen. Laert. III, 25. Fronton. de laudd. sumi et pulveris p. 256. Procl. ad Parmen. p. 23. Consio.), neque oratiunculam vilem et hnmilem esse negari potest. (Accuratus hoc exposuit Haenischins in comment. edit. Amatorii suae praemissa). Quare Taylorus ad illum soppistam quem finxit, eam pertinere contendit; illum vero orationis apud Platonem non auctorem esse posse, sed si nostrum negliges quoniam tempora obstent, tertium esse siogendum optime Spengelins (συναγ. p. 132.) statuit. Dicas fortasse Taylori sententiam Lysiam nostrum non esse auctorem, loco Joannis Siciliotae (schol. ad. Herm. form. T. VI. p. 324.) defendi, quem hic apponem: *Oι παλαιοὶ γυμνάζοντες ἔαντας παλαιαῖς ὑποθέσεσιν ἔξησκον τὴν τέχνην. διὸ καὶ μετὰ καὶ ἄλλων πολλῶν τοὺς ἔρωτικοὺς ἐμελέτων λόγους, ὅποιος ἀν τις φαίη πρὸς τὸν ἔρωμενον. καὶ οὐκ ἀμαθῆς ὁ ἔρως ἦν ἀπό γε τῆς τοῦ Πλάτωνος δόξης, ὃπου γε μηδὲ γυναικὶ συνώκησε καὶ τοῦ Δημοσθένους μιᾶ ἀρκεσθέντος, ἀλλὰ σωφρων καὶ ἀπαθῆς, φέρονται*

